DISSERTATIO INAVGVRALIS
MEDICO - CHIRVRGICA
DE
ͻ A T A R A C T A

QVAM

CTORE ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO

DOMINO

AROLO AVGVSTO

VCE SAXONIAE IVLIACI CLIVIAE MONTIVM
ANGARIAE ET GVESTPHALIAE LANDGRAVIO THV-
RINGIAE REL.

CONSENTIENTE GRATIOSO MEDICORVM ORDINE

PRO GRADV DOCTORIS
MEDICINAE ET CHIRVRGIAE

A. D. II. FEBRVARII CIↃIↃCCLXXXVI.

PVLBICO ERVDITORVM EXAMINI SVBMITTIT

AVCTOR

DOLPHVS ABRAHAM SCHIFERLI
HELVETO - THVNENSIS.

IENAE,
TYPIS GOEPFERDTII.

R54793

INCLYTIS

PATRIAE CIVITATIS THVNENSIS

P R O C E R I B V S

BANNERARIIS CONSILIARIIS

CETERISQVE

MAGISTRATVS MEMBRIS

VIRIS

PERILLVSTRIBVS ET EXCELLENTISSIMIS

CONSVLTISSIMIS PRVDENTISSIMIS

RELIGIONIS ET IVSTITIAE

DEFENSORIBVS VIGILANTISSIMIS

PATRONIS AC FAVTORIBVS SVIS

SVMMOPERE COLENDIS

HANC

DISSERTATIONEM INAVGVRALEM

ANIMI GRATI ADDICTISSIMI DEVINCTISSIMI

TESTEM

OMNI REVERENTIAE CVLTV

D. D. D.

AVCTOR

R. A. SCHIFERLI.

EPITOME.

taracta quid ſit?	Pag. 5.
variis cataractae ſpeciebus.	— 6.
variis cataractae complicationibus.	— 10.
taractae cauſſae diuerſae.	— 12.
aractae diagnoſis.	— 16.
aractae prognoſis.	— 27.
atio cataractae medica.	— 33.
atio cataractae chirurgica.	— 42.
Depreſſio.	— 52.
Extractio.	— 57.

Cura aegri poſt operationem, Pag. 69.

Quae accidant inter depreſſionem et poſt illam. — 75.

Quae accidant inter extractionem et poſt illam. — 77.

Incommoda depreſſionis. — 85.

Incommoda extractionis. — 98.

Commoda vtriusque methodi et comparatio. — 101.

Bene,

Bene, meo quidem arbitrio, recteque Sallvstivs oſtra *omnis vis*, inquit, *in animo et corpore ſita: animi nperio, corporis ſeruitio magis vtimur.* Quis enim nortalium vmquam, etiamſi a Platone animam a corpore ſeparare, menteque ſola veluti extra corporis mbitum agere, et ſuperna contueri edoctus fuerit, orporis vnquam ſubſidio carere poterit?

Quid, quaeſo, ſeiuncta a corpore mens percipere, ntelligere, cognoſcere denique velle poterit, niſi prina cognitionis ſtamina ſenſus ſuffecerint, quibus nos uci in cognoſcendo, non trahi in agendo prouida ummi Numinis cura voluit?

Itaque, cum etiam corpore viuamus, cui niſi bene t et volupe, mens quoque in muniis ſuis interpelata jacet, morbumque vna ſentire videtur; ego quiem eam ſcientiam, quae corpori medelam afferat, raeſtantiſſimis accenſere, et proximam illi collocare, uae comiti hoſpitique corporis medetur, numquam ubitaui, ſemperque id meditandum eſſe duxi, vt non ae ſolum eius partes, quibus ad vitam ſuſtentandam arere non poſſumus, ſed et eae, quarum miniſterio nima vtitur atque viget, examini accuratiſſimo ſubiciantur.

Senſuum igitur ars ſalutaris potiſſimum curam habere debet, quorum quocunque, ſi quis deſtituitur, profecto eum miſerum eſſe vt negem, quidquid alii dicant, equidem a me impetrare nunquam potui.

Principem inter ſenſus locum viſus iure ſibi aſſerit, cui theatrum naturae aſpectabilis inmenſum, qua patet, ſe aperit, omnesque ſuas pandit delicias, ſine quo corpus emortuum fere eſt, atque mens coeca veluti, moeſtaque, non niſi priſtinae voluptatis memoria viuere deſiderioque torqueri videtur.

Omnia coecitatis genera quoties mente percucurri, horror me corripuit, nullius tamen alius morbi genus magis conſternatum afflixit animum, quam cataractae. Hanc toties mihi obuiam, frequentiſſimam, nullique hominum claſſi parcentem, tam variam cauſſis atque ſpeciebus, nonniſi incerta ſucceſſus et periculoſa tollit operatio, quae ſi voto non reſpondet, miſerum caligine ſempiterna, neque vnquam, dum viuit, ceſſatura affligit. Illi igitur morbo pertractando animum adpuli, idque mihi argumentum ſumſi. Quod ſi forte periti huius rei arbitri me non plane exhauſiſſe iudicent, id velim ne vitio vertant iuueni, nondum ſatis experto, nec omnia in re tam immenſae amplitudinis in numerato habenti. Lubens equidem fateor, me de mea penu et experientia, arcto licet tempore circumſcripta, pleraque depromendo, et arbitrio peritiorum ſubmittendo diſcere potius, quam, compilatis omnibus huius generis ſcriptis, operoſam et praegrandem libri molem conſcribendo, alios docere voluiſſe videri.

Sed

Sed miſſis hisce ambagibus, indulgentia fretus ectorum, iam ad ipſius morbi procedo deſcriptionem.

CATARACTA QVID SIT?

Cataracta quam Graeci ὑποχυσιν vel ὑποχυμα [1]) atini *ſuffuſionem* [2]) vocant, nos *den grauen Staar* ap-ellamus, eſt opacitas intra pupillam et corpus vitreum onſpicua.

Sedes huius opacitatis varia eſt: vel in ipſa lente yſtallina, vel in capſula eius vel in humore MOR-AGNIANO.

Origo eius interdum ſubitanea [3]) eſt, plerum-ue vero tarde creſcit morbus, ita, vt qui illo labo-nt, ſenſim ſenſimque, immo poſt decennium de-uum vel quindecim annos, viſu deſtituantur.

Ea obſcuratio veluti ante oculos primum eundem nſum excitat, ac ſi per nebulam viderent: quo ma-s progreditur obſcuratio, eo ſpiſſior quaſi, tandem-ue obiecta viſui plane ſubducens nebula adeſt. Per nuiorem tamen marginem lentis cryſtallinae, quam-is illa penitus iam ſit obſcurata, plerumque tantum lhuc lucis ſentit aegrotus, vt noctem diemque, ſaepe iam colores primarios, et, quod obſeruare mihi li-uit, maiora adhuc obiecta diſtinguere poſſit.

1) HENCKEL *Diſſ. de Cataracta.*

2) PLINII *H. N.*

3) *Medical facts and experim.* V. I. Lond. 1791. SPARROW. MICHAELIS *Briefe aus Neuyork.* GLEIZE *nouv. Obſſ. ſ. les maladies de l'oeil.* Paris 1766. Obſ. 12.

Pro diuerſitate illius loci, cui illa obſcuratio inſedit, cataracta in varias dilabitur ſpecies variaque recipit nomina.

DE VARIIS CATARACTAE SPECIEBVS.

Cel. Gosky [1]) e gradibus obſcurationis fundamentum diuiſionis repetit. Cel. Gvnz [2]) tres ſpecies diſtinguit, quarum vna ſedem in humore vitreo, ſecunda in lente cryſtallina, tertia in vtraque ſimul parte habere docet. Gleize [3]) diuidit cataractam in *genuinam*, ſi e prognoſi euentum operationis proſperum expectare licet, *dubiam*, vbi hic euentus ambiguus eſt, *ſpuriam*, in qua operationi locus non eſt.

Hae et plures aliae diuiſiones plus minusue imperfectae ſunt. Liceat igitur aliam proferre, quae accuratior reique magis adcommodata eſſe videtur.

Duo ſunt genera: I. cataracta *genuina* et II. cataracta *ſpuria*. Vtrumque genus quatuor habet ſpecies.

Ad genus primum pertinent

1. *Cataracta cryſtallina*, cum ſola lens cryſtallina obſcurata eſt.
2. *Cataracta membranacea*, ſi tantummodo capſula lentis cryſtallinae eſt opaca.

Huius tres diſtinguimus ſpecies: ſi

α) vel capſula tota,

β) vn

1) Diſſ. *de Cataracta.*

2) *Animadverſ. de ſuffuſ. natura et curatione.*

3) l. cit.

β) vel eius ſolum anterior

γ) vel ſolum poſterior pars obſcurata eſt.

3. *Cataracta* MORGAGNIANA [1]) ſi humor MORGAGNIANVS, praeter naturam accreſcens et ſpiſſatus, pellucidam claritatem amiſit.

4. *Cataracta mixta,* ſi capſula lentis et ſimul lens ipſa obſcurata eſt.

5. Nonne etiam quinta adhuc ſpecies addi poſſit, cum illae tres partes nempe humor MORGAGNIANVS, lens cryſtallina et capſula ſimul obſcurantur?

Secundi generis, aut ſpuriae cataractae, tres numerantur ſpecies:

1. Si pus ex praeuia inflammatione [2]) in oculo exortum, tum ope abſorptionis tum alio quocumque modo inſpiſſatur, adeoque materiam viſum obfuſcantem generat: vel ſi alia quaecumque materia heterogenea pupillam occupat illamque viſui imperviam reddit.

2. Si anterior pars membranae hyaloideae, ſcil. illius partis quae lentem cryſtallinam ſinu ſuo recipit, obſcurata eſt. Haec ſpecies rarior eſſe videtur.

3. Si cutis fulua in anteriore parte capſulae cryſtallinae a nigro pigmento choroideae exorta adeſt. [3])

 Syni-

1) MORGAGNI *Epiſt. ad* VALSALV. In EIVS *opp.* n. 18 ep. 18.

2) ST. YVES *Traité des malad. des yeux.* Paris 1722 252.

3) FELLIER in *Journ. de Med.* T. 42. EIVSD. *Recueil des Mem. et Obſſ.*

Synizeſis congenita infantis recens nati, quae a nonnullis huc refertur, ad cataractam non pertinet.

Cataracta cryſtallina aliam diuiſionem habet ratione conſiſtentiae aut mollitiei: haec illi ſolummodo conuenit. Hoc reſpectu eſt: lactea. [1]) dura [2]) mollis. [3])

1. *Cataracta cryſtallina lactea.*

Si lens reſoluta lacti tenuiori ſimilis eſt. Haec vulgo eſt ex coeruleo alba, ſtriis punctisque inſtructa, inferius ſpiſſior, maxime propter pondus humidarum partium in inferiora ſubſidentium, et propter maiorem extenſionem, ſaepe etiam in margine viſum impediens: lactea eſt, purulenta, chyloſa, gelatinoſa, et, quod olim clariſſ. Ivzeler, venerando mihi inſtitutori obſeruare contigit, putrida, ita vt aperta capſula putridus qui effluebat humor foetidum rancidumque redderet odorem.

Si eiusmodi lens in lacteum humorem mutata vna cum integra capſula per extractionem prodit, ſacculumque lacte repletum refert; *cyſtica cataracta* ab Ill. Richtero [4]) aliisque vocatur.

Aut

1) *Ephem. Nat. Cur.* III. et IV. obſ. 198. Ribbe in *Abh. der kön. ſchwed. Acad.* 1745. I. ten Haaf in *Verhandelingen van Haarlem,* X. 2. p. 455.

2) Pellier l. cit.

3) Lvcas in *Med. obſſ. and Enquir.* VI. Pott *chir. obſſ.*

4) *vom grauen Staar.*

Aut ſi lens in oculo, ab illis, quae illam circum-
ant, partibus ita ſeparata eſt, vt ſingulis aegri moti-
us concuſſa tremat, *cataracta tremula* appellatur.
ixemplum extat apud cl. BEER mulieris, quae cata-
acta lactea affecta noctu praeceps in caput cecidit,
uo motu ſeparata ſubito cataracta in inferiorem par-
em bulbi oculi ſubſedit, ita, vt mulier viſum recu-
eraret: repente vero poſt quatriduum cataracta locum
uum denuo occupans iterum cataractam tremulam
ormauit feminamque viſu priuauit.

Notatu quoque dignum eſt exemplum, quod cl.
CHAVSSIER retulit: mobilis nempe aderat cataracta
notibus ſuis in oculo vehementes dolores procreans,
qui vero abſoluta operatione ceſſarunt.

2. *Cataracta cryſtallina dura.*

In hac lens durior fit, quam naturali ſtatu fue-
at, cornea, oſſea, ſaxea Haec ſi adeſt, cataractam
videmus a pupilla remotam exiguam, et aegrotus ple-
rumque, ſi nulla accedit cohaeſio cum iride, lucem,
tenebras, colores, immo obiecta maiora diſcernit.

3. *Cataracta mollis.*

Ratione conſiſtentiae inter vtramque medium te-
net: mollis eſt in modum caſei pinguis, magnitudine
omnes antecellit, ita, vt duplum lentis, qualis natu-
rali ſuo ſtatu cenſetur, aequet.

4. *Cataracta fluido — dura.*

Haec compoſita eſt e ſpeciebus omnibus hucus-
que adductis: nempe opacae lentis pars alia dura, alia
mollis, tertia forte mediae conſiſtentiae eſt.

Cataracta ſecundaria oritur extracta lente. Plerumque capſularis eſt, ſubinde quoque membrana e muco remanente orta viſum plane intercipit. Quod ſi capſula in operatióne remanſit, et cauſſa cataractae non ſublata eſt, diu ſaepe poſt operationem obſcuratur, quae obſcuratio cataracta ſecundaria ſuperueniens eſt.

Ad inſtituendam diagnoſin operae quoque pretium eſt, vt cataractae diuiſionem, quae a colore et forma repetitur, mentionem faciamus. Tum autem apparet vel colore lacteo, vel colore margaritarum, aut flauo, viridi, fuluo, e fuluo nigro, aut ſtriata eſt, aut ſtellata.

Cataracta dimidiata, et *cataracta feneſtrata* obſeruantur, cum obſcuratio nondum abſoluta eſt: hae plerumque ad capſulares pertinent.

Cataracta adhaerens ſemper eſt membranacea, aut mixta. Haec lenti cryſtallinae, aut membranae hyaloideae, aut antrorſum iridi adhaeret. Illa, ſi inter deprimendum acui tamdiu ſolum cedit, quamdiu deprimitur, remiſſa autem depreſſione reſurgit, *Cataracta elaſtica* appellatur.

DE VARIIS CATARACTAE COMPLICATIONIBVS.

Cataracta cum omni alio morbo, tum oculorum, tum reliquarum corporis humani partium, complicata eſſe poteſt, qui omnes aut plane nihil, aut plus minusue, impedimenti operationi et ſanationi oculorum opponunt. Hos omnes ſi recenſere vellem, tum nimis

nis prolixum, tum etiam a conſilio meo alienum foret.

Placet igitur, eas ſolum in medium proferre complicationes, quae, creberrime obſeruatae, attentionem medici cautam circumſpectamque depoſcunt. In genere vero notandum eſt, quemcumque morbum, qui hominem cataracta affectum inuadit, etiamſi ipſi cataractae medelae non obſtet, tamen remouendum, et quo minus redeat impediendum eſſe.

1. *Cataracta complicata cum amauroſi* praecipuam et accuratiſſimam attentionem exigit, quia omnem, quem ab operatione expectare poſſis, ſucceſſum irritum reddit.

2. *Cataracta complicata cum vitiis humoris vitrei* duplex eſt:

α) complicata cum ſynchyſi: quando vitreus humor reſolutus eſt.

β) cum humoris vitrei induratione, cuius perpauca mihi innotuere exempla. [1])

In vtroque caſu nulla ſanatio per operationem expectanda eſt.

3. *Cataracta complicata cum hydrophthalmo*, vbi vterque humor, aqueus et vitreus, praeter naturam auctus eſt.

4. *Cataracta cum vitiis vniuerſalibus internis complicata.*

Saepe in hominibus rheumaticis, arthriticis, cephalalgia valde affectis, venereis, ſcorbuticis cataractam

1) Heister Tr. *de catar.* 207. Morand *Mem. de l'acad. des Sciences.* 1730.

ctam obſeruabis. Hi morbi non ſolum cum cataracta complicati eſſe poſſunt, ſed etiam pro cauſſa ipſius ſaepe habendi ſunt.

CATARACTAE CAVSSAE DIVERSAE.

Hae vel ſunt vniuerſales, vel ſpeciales, externae, aut internae, hinc topicae aut ſymptomaticae, et ratione originis vel tardae vel ſubitae.

Ad externas pertinent, laeſiones, feſtucae [1]) congeſta in oculum, verbera, [2]) ac omnis alia organo oculi illata vis.

Cl. Ware [3]) virum verberibus oculo admotis cataracta affectum, cum operationem recuſaret, vndecim annos viſu captum circumire vidit. Subita, neſcio qua de cauſſa, inflammatio oculos affecit, quae quanto magis paulatim decreſceret, tanto magis euanuit obſcuratio lentis, donec coecus viſum recuperaret.

Cl. Wenzel docuit, homines ad ignem operantes e. gr. fabros ferrarios, praecipue obnoxios eſſe cataractae.

Cl. Szen [4]) obſeruauit cataractam ab effluuiis aquae fortis enatam.

Veroſimiliter in cunctis hisce caſibus inflammatio, quam efficit laeſio externa, proxima eſt obſcuratae lentis

1) Fabric. Hildan. Cent. V. Obſ. 14.

2) Gvarinonvs *Conſil.* n. 553.

3) *Mem. of the med. Soc. of Lond.* 92.

4) Diſſ *de cat. ex aquae fort. effluv. nat.* Ienae 1774. Conſ. Richter *chir. Bibl.* 5. B. p. 704.

ntis cauſſa. In his enim laeſionibus externis tum mum concuſſio ipſa eſt immediata cauſſa, cum ita vehemens, vt lens e naturali ſuo ſitu dimoueatur, vaſa nutritia disrumpantur, id quod in vomitu vio- nto, aut fortiori caſu corporis ſupino, accidere poteſt. regionibus montanis ac humidis frigidisque cata- cta praecipue frequens obſeruatur: [1]) veroſimiliter ia in hoc locorum ſitu, valetudini minus opportu- , incolae plerumque corpore ſunt parum ſano, et chectico.

Cephalalgia, [2]) rheumatismus, [3]) conuulſiones [4]) ores acutae [5]) quibus durantibus inflammatoria ſpiſ- io humorum pellucidorum proxima cauſſa eſſe vi- tur [6]): porro plica polonica, [7]) lues venerea, [8]) taractae generandae primae ſunt cauſſae. Cel. Mi- aelis [9]) cataractam memorauit, quae conſequeba- r inflammationem a fulmine ortam. Cl. Sparrow tam vidit cataractam ex eo, quod alicui poſt vehe- entem exaeſtuationem pannus humidus capiti im- neretur. Quinquagenarii, podagra affecti, cuius- m oculos gutta ſerena inuaſit: hic interiecto anni atio lucem coepit refugere, quippe quae dolorem i afferebat, ita, vt pupilla conuulſiue clauderetur, oculus

1) Gleize l. cit.
2) Mohrenheim B. I. n. 1. de Moneta *Heilkur des Biſſe toller Hunde, p.* 118.
3) Mohrenh. l. cit.
4) Abrahamson in *Meckel. n. Arch.* I. B. III. St. 8.
5) Heuermann *Bemerk. I.* p. 66.
6) Richter l, c. 190,
7) de la Fontaine *chir. med. Abhh.*
8) Odhelivs in *N. Abhh. d. ſchwed. Akad.* 5. B. 207.
9) *Briefe aus Neuyork.*

oculus lacrymas effunderet et dolores perciperet. Interea cataracta margaritacea coepit naſci, quae cum per operationem extraheretur, guttae ſerenae veſtigia tantum abfuit, vt remanerent, vt potius aeger omnia diſtincte videre lucemque ſine dolore ſentire poſſet. [1]) Ill. Richter, qui hocce exemplum in obſeruationibus ſuis in medium protulit, guttam hancce ſerenam in cataractam fuiſſe mutatam ſuſpicatur. Sed pace tanti viri, vero mihi ſimilius videtur, cauſſam guttae ſerenae in noxio vitrei humoris incremento, aut etiam in ſolutione eius conſtitiſſe, quibus etiam obſcurata eſt lens: in operatione vero cataractae ſimul cum lente maxima pars corrupti vitrei humoris ex oculo remota eſt, ideoque aeger viſum recuperauit.

Vna tantummodo, eaque antiqua, mihi nota eſt obſeruatio, cataractam ex vſu argenti viui praeparati natam eſſe. [2]) Cel. Stoll cataractam quandam bilioſae originis memorat. [3]) Mihi ipſi ſub auſpiciis Ill. Wyss, Auunculi optimi, contigit obſeruare in Noſodochio Bernenſi hominem, qui bilioſa febre affectus lumine repente captus, pupillam omnino obnubilatam habebat, euacuata vero materia bilioſa viſum omnino recuperabat. Ipſe Auunculus obſeruauit cataractam frequentem in illis, qui ſpiritus frumenti potu abutuntur. Cel. Wenzel docet, plerumque homines, qui quadrageſimum annum ſuperarunt, cataractae facile obnoxios eſſe, et Gleize, eos, qui canos aut coeruleos oculos habent, facilius adfici hoc morbo,

1) *Comment. Soc.* Gött. 8.

2) Hartmann *Anthropolog. phyſ. med.* 1696. 4.

3) *Rat. medend.* part. 3. p. 403.

morbo, quam illos, quibus oculi fului nigrique ſunt.

Quandoque etiam cataracta haereditaria eſt, a patre ad liberos transmiſſa. [1]) Varia eiusmodi exſtant exempla, iuter quae eorum tantummodo mentionem facere liceat, quae a Cel. Acrel [2]) et ab Ill. Richtero [3]) expoſita ſunt.

Ille nempe obſeruationem retulit quinque liberorum, cataracta lactea affectorum, quorum tamen parentes nunquam eam paſſi erant: hic exemplum adduxit hominis, cataracta affecti. cuius pater et auus per eundem morbum viſu priuati fuerant, et cuius filius eodem morbo laborare incipiebat. Haec docere videntur, in primo iam ſemine diſpoſitionem ad hoc morbi genus a parentibus ad liberos transferri poſſe, nec tamen ita, vt neceſſe ſit, morbum iam in ipſis parentibus ſe exſeruiſſe.

Dantur tandem quoque cataractae congenitae exempla, de quibus Acrel l. cit. Bonnavd, [4]) Bortalozzi, [5]) Desfarges, [6]) Fabricivs Hildanvs, [7]) Horstivs

1) Schvrig. *Spermatol.* p. 201.

2) *chir. Fälle*, I. p. 105.

3) *vom grauen Staar*, pag. 8.

4) in *Journ. de Med.* T. 56. p. 520.

5) *Diſſ. ſopra vna cieca nata guerita.* Verona 1781, C. L. 25. p. 408. Richter *Bibl.* 8. p. 163.

6) *Journ. de Med.* T. 52. 449.

7) *Obſeruat.* Cent. 6. Obſſ. 5.

ſtivs,[1]) Marcha,[2]) Mohrenheim,[3]) Demovrs,[4]) Voelcker[5]) fuſius ſcripſerunt.

Cauſſae ſpeciales ſingulae ſpeciei cataractae inter ſe parum diuerſae ſunt, et plerumque iam ex ipſa cataractae natura cognoſci poſſunt.

Cataracta ſecundaria, ſiue ſit obſcuratio capſulae ſiue a membrana mucoſa ſit orta, vtrouis modo naſcitur ex praeuia inflammatione, quae, maior minorue, fere ſemper operationem cataractae ſequitur. Saepe autem haec ſecunda viſus interceptio oritur a reſiduis partibus lentis: id quod poſt vtrumque genus operationis accidere poteſt, aut etiam a reſurgente cataracta poſt depreſſionem.

Cataracta adhaerens plerumque a vehementi inflammatione aut laeſione oculi proficiſcitur. Fieri tamen poteſt, vt eadem, quae obſcurationem capſulae effecit, cauſſa interea adhaeſionis eſſe poſſit.

CATARACTAE DIAGNOSIS.

Perluſtratis iam, quantum id reſpondere conſilio meo viſum eſt, variis generibus, complicationibus et cauſſis cataractae; conditiones mihi proponendae ſunt, ſine quibus ad cognitionem huius morbi peruenire non poſſumus.

Illae

1) *Opp.* II. p. 633.

2) *Journ. de Méd.* XXXIII.

3) *Beobacht.* I. n. 3. 11.

4) *Neue Saml. medic. Wahrnehmungen*, 7. B. p. 422.

5) *in Briefen von Hrn. v.* Haller, 1tes Hundert.

Illae non ſemper certae ſunt et ſecurae, ſaepeque eas, ·aecipue ſi morbum in primo eius principio obſerues, .dmodum difficile eſt, rite et vere dignoſcere; fatendum ıoque eſt, diagnoſin huius morbi nondum ad illum per-ctionis gradum perueniſſe, vt diuerſa cataractae genera oculis aegroti certe et accurate diſtinguere poſſimus.

Per ſolam experientiam, iteratis et ſumma animi tentione inſtitutis obſeruationibus ſuffultam, id poſ-mus quodammodo diſcere, quod ars nullis regulis de-rminare poteſt. Ita quoque ſymptomata inuenire oſſumus, quibus ſi non ſemper, certe in multis ca ous, ſecure confidere liceat.

Diagnoſis cataractae aut eſt *generalis* quae ſym-omata conſtituit, e quibus cataractam in genere di-ıoſcere valemus, aut *ſpecialis*, quae criteria diuerſo-ım generum cataractae et ſpecierum nos cognoſcere ocet.

Primo de *generali*

Si aegrotus atra ante oculos volitantia puncta, ıfecta eiusque generis phantasmata ſibi obſeruari anim-luertit; antiquiores [1]) id certum eſſe cataractae gnum credidere. Huius vero ſigni incertitudinem, ım Ill. Richter, Callisen aliique ſatis euicerint, teriori commemoratione non opus eſſe videtur. Cer-ora ſunt haec ſymptomata, quae ſequuntur. Qui ca-racta laborat, debilem quandam ante oculos ſentit ſcurationem, qua omnia viſui obiecta veluti per fu-mum

1) Le Moine Diſſ. *an deprimendae cat. expectanda maturatio?*

mum nebulamue transparere videntur. Rarius eſt phaenomenon, cum omnia veluti per laminam corneam videre credit. Haec obſcuratio cum debilitate viſus inualeſcente incrementa capit, donec tandem omnia obiecta minora ſaepe etiam maiora nebula quaſi viſui ſubducat. Ardua ſaepe eſt res, mera intuitione hanc obſcurationem a nebuloſis ſuper totam corneam expanſis obſcurationibus diſtinguere. Has tamen ſi accuratius examines, et praecipue, ſi a latere oculum adſpicias; ſtatim adparebit, illas ſolum in ſuperficie haerere, et pone pupillam non eſſe. Cum vero obſcuratio lentis hoc in ſtadio morbi inſignis iam eſt, in ambitu eius orbem nigrum animaduertes, qui, quo magis ſe dilatat pupilla, eo maior eſſe videtur, et, coarctata illa, ſaepe prorſus euaneſcit. [1])

Alius morbus, in cuius examine, laborante ſic oculo, imperiti facile decipi poſſunt, eſt gutta ſerena, in qua itidem obſcuratio nebuloſa pone pupillam non raro apparet. Haec vero, cum ſatis remota a pupilla conſpiciatur, a cataracta lentis aut anterioris partis capſulae facile quidem, difficile autem ab obſcuratione poſterioris capſulae partis aut membranae hyaloideae dignoſci poteſt. Attamen ſubſidium quodammodo in obſeruando petere poſſumus a ratione, quae inter debilitatem viſus et apparentem obſcurationem intercedit. In cataracta enim obſcuratio iam multum poteſt proceſſiſſe, aegroto nihilominus diſtincte omnia vidente: in gutta ſerena vero nebula adhuc tenuis et exilis plerumque eſt, dum aegrotus ſaepe iam prorſus viſu orbatus eſt.

Aliud

1) Richter *Chir.* 169.

Aliud ſignum diagnoſticum morbi noſtri id eſt,
.od illi, qui cataracta affecti ſunt, plerumque in lo-
parum colluſtratis et crepuſculi tempore melius
leant, quam clara die, luceque maiori. Debili enim
e, pupilla dilatata plures radios per oram lentis te-
iorem minusque obſcuram ad retinam intromittit.
rro, melius eiusmodi homines vident a latere, quam
ecte antrorſum, quia lens ſemper primum in me-
obſcuratur, vbi craſſiſſima eſt. Hinc fit, quod iam
ra Sectione prima attuli, vt cataracta affecti nec
huc omni luce orbati caput quaquaverſum torquere
eant: poſſunt enim per marginem lentis minus
acam id videre, quod per mediam lentem denſiſſi-
: opacam omnino non diſtinguunt. Idem obſeruare
emus apud illos, quibus media cornea valde eſt
ſcurata. Hi ſcilicet ſunt myopes conuexaque vitra
hibent, incipiente morbo, oculis: nec id ſine fru-
1, quia ope vitrorum conuexorum radii lucis citius
focum colliguntur. Plerumque vero, etſi lens
n. ſit penitus opaca, tamen diem adhuc noctem-
e, ſaepe etiam colores, maioraque obiecta diſtin-
ere poſſunt. Rarius obſeruatur cataracta cum do-
ibus et ſenſu lucis ingrato coniuncta. [i])

Praeter haec ſingula adhuc cataractae ſpecies *ſpe-*
lia quaedam criteria habet.

Si obſcuratio locum habet pone pupillam, vbi
tem cryſtallinam ſedere notum eſt: porro ſi media
parte lentis, quae mediae pupillae ex aduerſo ia-
, obſcuratio incepit, ſenſimque verſus marginem
tis proceſſit, id quod et medicus ipſe poteſt ſcire,

B 2 ſi

) Bell *Syſt. of Surgery* V. 3. 86.

ſi cataractam ab initio obſeruauit, et aeger diſtincte percipit; veroſimillime *cataracta cryſtallina* adeſt: nec id tamen ſine exceptione.

Haec ſi eſt alba, punctis ſtriisque diſtincta, quae ſingulis motibus capitis locum ſitumque mutant; colligi poteſt, *cataractam lacteam* ſubeſſe, quae, cum plerumque magna ſit, iridem corneae apprimit, ita, v aegroti rarius diem noctemque diſtinguant. Ceterum nuper mihi oblata eſt occaſio, obſeruandi exemplum huic criterio plane contradicens. Puella vnum et viginti annos nata, quinque iam annos per cataractam viſu priuata, cataracta molli in vtroque oculo videbatur eſſe affecta: lens plane erat opaca, et ſatis magna apparebat: puella vero lucem, tenebras, colores ipſaque maiora obiecta ſatis diſtincte dignoſcebat. In operatione, ſimulac capſula aperiretur, lens ſoluta efluebat ſub forma liquoris valde tenuis et ſubflaui idem contigit in altero oculo, cui eodem tempore culter admouebatur.

Platnervs 1) de cataracta lactea refert, aegrotos conqueri de conſtrictione in oculo, et oculum indurefcere inficique colore viridi: hoc vero a nullo recentiori confirmatum reperi. Exemplum profert Beer 2) quinquagenarii, cataracta lactea affecti, cuius pars ſuperior ſubuiridis, inferior fuluo colore infecta erat. Haec colorum ſtrata nunquam mutabant locum, ne quidem moto capite. Veroſimile eſt, materiam fuluam ſpecifice grauiorem fuiſſe viridi, et propterea ad omnem motum fundo ſe applicuiſſe.

Cata-

1) *Einl. in d. W. A.* 1785. § 1351.

2) *pract. Beob. v. gr. St.* p. 12.

Cataractam congenitam plerumque fluidam eſſe, .. RICHTERVS [1]) docuit: illam vero, quae in iunio- bus hominibus in genere occurrit, non ſemper mol- m aut fluidam eſſe, idem Auctor recte obſeruauit.

Num cataracta chyloſa aut putrida ſit, vix ante erationem ſcire poteris. Iam ſaepe mihi laudatus ZELER obſeruauit aliquando cataractam radiatam, nibus ceterum ſignis cataractae benignae cryſtalli- e praeditam, quae ſub operatione plane ſe putridam ebuit capſulamque opacam oſtendit.

Cataractae mobiles et *cyſticae*, tanquam ſpecies la- ae, ex eo iam dignoſci poſſunt, quod in capite de iis cataractae ſpeciebus diſſeruimus.

Ea coniectura, qua cataracta lactea perhibetur ſo- nmodo gradu maturationis differre a dura cataracta, oque etiam *cataractae immaturae* nomine appellan- m eſſe, jam ab HEISTERO [2]) grauiſſimis argumentis re- tata eſt. Alii, e. gr. DVDDEL, [3]) HENCKEL, [4]) PLAT- R ſibi perſuadebant, cataractam lacteam veluti pro ppuratione lentis habendam eſſe, quae quidem opi- noſtra refutatione non eget.

Cataracta dura a pupilla longe videtur eſſe re- ta. Pupilla tum eſt exigua, facile mouetur, et culus circa opacitatem eſt magnus: color margari- eus, cinereus, flauus, ſubfuluus, vel plane niger.

 Cata-

[1]) *Chir.* III. 175.

[2]) *Eph. nat. Cur,* 1716, Cent 3. obſ. 197. p. 471.

[3]) *Treatiſe of the horny coat of the eye, and the varions kinds of cataract.* Lond. 1729. p. 115.

[4]) *obſſ. collect.* 2. p. 62.

Cataracta apparet ſolummodo exigua, plana et ſaepe tremula. In ſpecie haec occurrit apud ſeniores. Aegroti plerumque lucem tenebrasque diſtinguunt, ſaepe maiora etiam obiecta. Cel. MOHRENHEIM [1]) notat cataractam eſſe duram, ſi a diuturnis capitis doloribus, catarrhis, aut vi externa oculo adhibita, originem duxerit: ſaxeam eſſe, ſi metaſtaſis materiae arthriticae, aut diuturna odontalgia eam produxerit. Obſeruaſſe ſe refert cataractas ſaxeas, quae pupillae contractae firmiter adhaeſerant, ſubflauas, inaequaliter convexas, margini pupillae inhaerentes, maculis ſanguineis iisque paruis praeditas.

De *cataracta molli* refert cel. MOHRENHEIM, eam eſſe candore lacteo, interdum etiam ſubflauam: notatam eſſe ſtriis albo nitore lucentibus, aut maculis cretaceis punctisque: praecipue vero illam adeſſe, ſi malum a febre aucta, doloribus rheumaticis, vlceribus ſanatis et ſuppreſſis menſtruis originem ceperit. Haec quidem in nonnullis caſibus, non autem, ex mea quidem ſententia, in vniuerſum valent. Certius mihi videtur colligi poſſe, cataractam mollem ſubeſſe, ſi cataracta ex albo cana, ſubflaua, magnaque, candidis firme ſedentibus ſtriis punctisque eſt inſtructa. Tum quoque immediate pone pupillam eſſe videtur, et, ſi propius iridi admota eſt, motum pupillae impedit. Circulus niger opacitatem circumdans plerumque valde eſt exiguus, et aegroti raro lucem a tenebris diſtinguunt: ſaepe inaequalis apparet, et facile ab inflammationibus praecedentibus oritur: ſaepe etiam argenti et margaritarum colore nitet.

In

cit.

In *cataracta*, quam *fluido - duram* appellauimus, ..teria trium cataractae ſpecierum, de quibus modo ..rba feci, magis minusue mixta, plus minusue con..niunt. Proinde difficillimum eſt, imo quod equi..m arbitror plane impoſſibile, eam ante operationem ..gnoſcere.

In *cataracta capſulari* opacitas a margine capſulae ..cipit, et ad medium protenditur: e contrario len.. opacitas ab eius medio incipit et ad exteriora pro..dit.

Haec ſecunda cataractae ſpecies triplex eſt:

1. ſi capſula tota opaca,
2. ſi anterior ſolum,
3. ſi poſterior eius conuexa pars obſcurata eſt.

Species duae priores plerumque a cataracta cryſtal..na hac nota diſtinguuntur: ſcilicet ſi accurate oculum ..aminas, illa magis anteriora pupillae ocupare vide..r, quam haec. Albo eſt colore, raro glabra, ple..mque ſtriata, (cuius iam SANTORINVS [1]) et VAL..LVA [2]) exempla in medium protulerunt) aut ra..ita.

Vir, quem ſupra iam adduxi, b. IVZELER, cultel..n admouit cataractae tali radiatae: capſulam opa..n et lentem plane *putridam* inuenit: aegroto viſus reſtitutus.

B 4 Clariſſ.

[1]) *Diſſert. anat. pathol.* lib. IV. cap. 17. p. 158.

[2]) *Diſſert. anat.* II. n. 6.

Clariſſ. Wenzel monuit, e maculis mox pone pupillam apparentibus obſcurationem anterioris capſulae partis dignoſci poſſe.

Si *capſulae lentis poſterior pars* opaca eſt, eaque longe a pupilla remota viſui ſe offert; etiam membranae hyaloideae ſirmiter tunc ipſi accretae obſcurationem adeſſe credas.

Si, lente ſimul cum capſula extracta, tamen opacitas aut cataracta ſecundaria remanet; idem inde plerumque conſequitur.

Si *haec hyaloideae pars* ſola *eſt obſcurata*, opacitas illa ante operationem longe a pupilla remota eſſe ſolet, et tanquam ſuperficies concaua apparet: ad hoc vero opus eſt oculo, longo vſu exercitato et perſpicaci, qui tamen et ipſe adhuc falli poteſt.

Cataracta ſpuria a pigmento orta ſpeciem refert opacitatis in anteriore capſulae parte, plerumque tamen intenſius eſt obſcura.

Cataractam ſpuriam purulentam dignoſcere poteris ex ſymptomatibus praeuiis: nimirum, ſi propter inflammationem, quae praeceſſerat, pus in cameris oculi collectum viſum intercepit, et, quod non raro accidit, integra pupilla obſtruitur. Etiam ſingularis eius aſpectus ſtatim cataractam purulentam arguit.

Cataracta ſecundaria quoque ſtatim dignoſcitur, cum, remanente in operatione capſula, ſerius ocyus noua opacitas naſcitur. Accidit quoque, vt in operatione exiguae particulae remaneant, quae viſum tollant,

1) Schaeffer Diſſ. *de cat. membranacea*, 1787.

int, vel etiam vt in depreſſione lens in priſtinum ocum reſiliat.

Sed vtrumque facile a genuina cataracta ſecundaia diſtinguere licet, quia haec fere ſemper inter doloes oritur. Eiusmodi adhuc ſecunda exſtat ſpecies: imirum aliquot dies poſt operationem alba pituita ritur, eodem fere modo, quo opacitas capſulae ab nflammatione enaſcitur. Tunc vero cataracta facile dhaereſcit iridi, et pupilla fit exigua, angularis, imnobilis. Si cauſſae cataractae non ſublatae ſunt, non ſt quod mireris, citius aut ſerius obſcurationem ſiue ataractam ſecundariam denuo oriri.

De *cataracta congenita* plurimi, qui in ea obſeranda verſati ſunt, contendunt, eam liquidam eſſe. ed tantum abeſt, vt credamus, eam ſemper liquidam eperiri, vt ipſe contrarium expertus ſim, cum operationi intereſſem a Cl. Ivzeler ſuſceptae. Hic meelam attulerat iuueni viginti annorum, cuius oculo extro innata erat opacitas lentis et capſulae. Cataacta toto ſuo ambitu adhaerebat, et plane oſſea, lens xigua modo, in oſſea capſula veluti lance quadam ontinebatur. Propter adhaeſionem difficilis erat opeatio: nihilominus ſine laeſione vlla, capſula toto ſuo mbitu ſoluta eſt, ita, vt aegro viſus redderetur. Aliae ataractae congenitae, in quibus operandis idem verſaus eſt, partim durae, partim molles aut lacteae erant.

Ad dignoſcendam *cataractam adhaerentem*, ratio, ua ſe habet iris ad pupillam, itemque iridis functio ccuratiſſime ſunt expendendae. Saepius, facile etiam udo oculo, cernere poteris cataractam iridi adhaere-

re: ſaepe eam ex eo dignoſces, quod iris, vna alteraue parte ambitus ſui interioris, prohibeatur ab officio ſuo ſe extendendi et contrahendi expedite: quod praecipue locum habet in cataracta ab externa laeſione orta. Si cataracta toto ſuo ambitu iridi adhaeret, proxime pone pupillam ſedet, niger ille circulus plane latet, pupilla parum mobilis eſt, aegerque lucem aut debilem modo percipit, aut nullam omnino. Si cataracta ex vna modo parte adhaeret, pupilla raro plane eſt rotunda et inaequaliter ſe extendit, ac lux a parte modo illi, qua accreuit cataracta, oppoſita per oculum transmittitur.

Capſula autem, praeter iridem, etiam lenti cryſtallinae aut membranae hyaloideae adhaerere poteſt, quam quidem difficulter ante operationem detegere licet adhaeſionem.

Coniunctio autem capſulae cum lente nullam difficultatem mouet, cum vtraque pariter extrahatur: magis habes, quod timeas ex adhaeſione hyaloideae, id quod ſequenti capite explicabimus. Adhaeſionem vero cum hyaloidea demum inter operandum detegimus, cum diſſecta cornea ſub leni digitorum preſſione cataracta non prodit, etſi nullum impedimentum adſit. Idem ſuſpicari licet, cum ceteris paribus, in depreſſione cataracta loco ſuo non cedit.

Complicatio cataractae cum amauroſi non ſemper ante operationem detegi poteſt. Verumtamen, ſi cataracta non adhaeret iridi, nec tamen aeger lucem tenebrasque diſtinguere poteſt, pupilla immobilis aut nimis dilatata aut coarctata eſt; amauroſin ſubeſſe credas.

as. Haec certiſſime adeſt, cum ſimul in oculo altero utta ſerena ſine cataracta obſeruatur.

Complicatio cataractae cum vitiis humorum oculi ognoſcitur e colore circuli circa cataractam flauo vel ubuiridi, e magnitudine aut paruitate oculi nimia, nollitie aut duritie eius maiore, quam in oculo ſano.

Cataracta complicata cum generalibus corporis moris, tum ex accurate obſeruato aegri ſtatu, tum ex pſis aegroti reſponſionibus ad quaeſtiones idoneas dignoſci poteſt.

CATARACTAE PROGNOSIS.

Prognoſis in obſeruanda cataracta aut ad omnia genera omnesque ſpecies in vniuerſum, aut ad ſingulas modo ſpecies refertur.

Si quis cataracta affectus ceterum ſanus eſt, nec vnquam morbos facile reuertentes expertus eſt: ſi oculus affectus naturali ſua magnitudine gaudet nulloque alio vitio laborat: ſi cataracta non adhaeret, pupilla mobilis eſt, nigerque circulus in dilatatione pupillae apparet: ſi aegrotus lucem tenebrasque diſtinguit; eatenus proſperum euentum ab operatione ſperare licet, quatenus in arte ſalutari certitudo non niſi ſumma veroſimilitudine conſtat. Saepe enim euentus, quamuis omnia felicem ſucceſſum promittere videntur, inproſpere cedit. [1])

Vitia

1) Vogels *chir. Wahrnehmungen.*

Vitia poſſunt in oculo latere, quae vir acutiſſimus ante operationem non valet detegere: poſſunt etiam caſus accedere inter operandum, et poſtea, quos nemo coniectura aſſequi quorumque originem et cauſſam nemo intelligere poterit. Adhuc oculis meis obuerſatur triſte exemplum incertitudinis, qua medici in tractanda cataracta nonnunquam verſantur.

Quinquagenarius, ſano fortique corpore praeditus, qui inde a multis annis immunem ſe ab omni morbo ſenſerat, in oculo ſiniſtro per tres abhinc annos coepit viſu priuari, ſenſitque leuem in dextro etiam obſcurationem inde ab vno anno. Lens ſiniſtri plane erat offuſcata, bene tamen adhuc lucem tenebrasque internoſcebat, pupilla erat mobilis: verbo dicam, omnia ſigna fauſtiſſimum operationis exitum portendebant.

Poſt vſum ſeri lactis per octo dies continuatum et remedii leniter laxantis, operatio inſtituta eſt. Cataracta erat dura, et ſine vlla difficultate extracta eſt: quo facto ſicca ſplenia vtrique oculo impoſita faſcia idonea iuſto modo firmata ſunt.

Tranquillum ſe geſſit aeger, accuratiſſimam obſeruauit diaetam, ſupinumque ſitum per octo dies non mutauit, Tertio iam die apertus eſt oculus, dein ſingulis diebus vna vice vsque ad diem octauam. Oculus erat clarus nec vlla inflammationis ſigna adparebant: octauo die, cum vulnus iam ſanatum eſſe videretur, data copia eſt aegro ſurgendi, nec tamen remota faſcia. Nono die nil mutatum eſt, aegro bene valente. Per noctem vero, decimum diem antecedentem,

dolor

dolor vehemens in laeuo capitis hemiſphaerio coepit ſaeuire, et in oculo conualeſcente. Decimo die, matutino tempore, inuentum iam eſt pus in ſpleniis: continuauit dolor capitis; et acceſſit alui obſtructio et inquietudo animi, nec antiphlogiſtica, ſinapismi, eccoprotica, venae ſectiones et clysmata, ſanguiſugae et eccoprotica iterata potuerant impedire, quo minus quarto die poſt apertum oculum chemoſis vehementiſſima oriretur, et oculus omnino in ſuppurationem abiret.

Aliud obſeruare mihi licuit exemplum in homine cataracta affecto, cuius oculus optime diſpoſitus, integrumque corpus ſaniſſimum videbatur. Pupilla mobilis erat, aeger lucem tenebrasque diſtinguebat, et extracta cataracta clarus erat oculus, nec tamen aeger magis quam antea cernebat.

Hae aliaeque obſeruationes ſatis docent, quam parum tuta ſit prognoſis huius morbi, cui, etiamſi vel ſpecioſiſſima ſit, nunquam medicus plane poteſt confidere. Prudentis igitur eſt, nihil proterue in vniuerſum pronunciare, nihil certi in futurum promittere.

Etiamſi pupilla immobilis ſit, tamen nec inde colligi poteſt euentum operationis aduerſum et ſiniſtrum fore: nec, ſi aeger lucem et tenebras diſtinguere non valet, id conſequitur, quippe id a magnitudine cataractae poteſt proficiſci.

Non rara autem ſunt ſymptomata, e quibus iam ante operationem ſucceſſus ſiniſter, certe dubius, poteſt praedici: e. g. ſi cataracta a catarrhis, inflammationibus

tionibus oculi rheumaticisue capitis doloribus eſt orta, faciesque cupreum habet colorem; poſt operationem res fere ſemper male cedunt. Si aeger malo eſt affectus arthritico, rheumatico, ſcrophuloſo, venereo, vel ſi aliquae partes corporis ei dolent; haec materia poſt operationem facile in oculum conualeſcentem metaſtatice transfertur, multaque mala immo ipſam iacturam oculi producit. 1)

Puellae cachecticae debilique corporis compage laboranti ſupra laudatus Ivzeler, importunis eius precibus fatigatus, depreſſit cataractam. Operationem ſecuta eſt cephalalgia oculique inflammatio, quae licet omnibus remediis adhibitis in ſuppurationem transibat. Recte igitur monet Sparrow, operationem in eiusmodi aegrotis non adhibendam eſſe.

Si aegrotus per aliquod tempus mercurio vſus eſt; plerumque, teſte Mohrenheim, humor vitreus ſolutus ſub operatione inuenitur. Wathen 2) colorem cataractae rubicundum, coeruleum, flauum, fuluum, niveumque ſigna eſſe credit vitii in oculo capiteue abditi, vnde diſſuadet operationem cataractae huiusce generis.

Si aeger tuſſi laborat, operatio locum non habet, donec tuſſis plane ceſſauerit, quia timendum eſt, ne, peracta extractione, impetu tuſſiendi prolabatur humor vitreus aut ſaltem iris, vel peracta depreſſione tuſſiendo emota lens reſiliat in locum priſtinum. Operatio male ſuccedit, ſi oculus praeter naturam magnus eſt, aut hydropicus, aut ſi atrophicus eſt: 3) nec etiam com-

1) Acrel *chir. Vorſ.* I. B. 1778.

2) *Diſſ. on the cat.* Lond. 1785.

3) Richter *Chirurg.* P. III. p. 198.

ımmendanda eſt operatio, ſi ex coecitate aegroti ple-
ıria, e flauo fuluoue colore eum locum tenente,
ıem alioquin niger circulus occupat, glaucoma ſub-
ſe ſuſpicari poſſis. Si bulbus tactu durus eſt, cornea
igua, inſigniter eminens, pupilla ampla eſt immo-
lis, aeger doloribus in fundo oculi obnoxius, et
ane coecus eſt; varicoſa vaſa choroideae plerumque
eſſe docuit Wenzel. [1])

Si cataracta membranacea aut adhaerens adeſt, a
fficili ac varia ἐγχειρήσει, quae tunc adhibenda eſt,
mere debemus, ne inflammatio et per hanc iactura
uli inſequatur. Si adhaerens cataracta cum amau-
ſi complicata eſt; fieri poteſt, vt amauroſis non co-
ıoſcatur ante operationem, quia illius ſymptomata
iam adhaerenti cataractae, cum qua conueniunt, ad-
ribi poſſunt.

Cl. Wenzel obſeruat, ab oedematoſis palpebris, ſi
ulla ante excitata fuerint vlcera artificioſa, timen-
ım ſemper eſſe poſt operationem metaſtaſin ad
ulum.

Curam ſuſceperat b. Ivzeler plurium aegroto-
ım, quorum pupilla motus expers flaccidaque erat
is: nunquam voto reſpondit ſucceſſus operationis.
tribus aliis aegrotis pupilla mobilis quidem erat,
d iris flaccida pendere videbatur: hi abſoluta ope-
tione viſum non recuperarunt. In iis, quibus pu-
lla immobilis eſt et cataracta inſigniter per eam emi-
et, etiam poſt operationem coecitas remanere ſolet.
l. Richter [2]) monuit, in cataracta, a laeſionibus
con-

1) *Traité de la cat.*
2) l. cit. 199.

contuſionibus, ictibus oriunda alias adhuc mutationes in bulbo timendas eſſe, quae ſucceſſum operationis ancipitem reddere poſſint: ſed hoc experientia praeceptoris mei, b. Ivzeler, quantum equidem ſcio, confirmatum non eſt. Depreſſit ille, vt exemplis hoc probem, cataractam in iuuene quodam nobili Freyburgenſi, cui puluis pyrius oculum laeſerat, ita, vt cataracta oriretur lactea, capſulaeque offuſcatae adhaereret. Clare cernebat poſt operationem, nullo laeſionis veſtigio remanente. — Ruſtici Bernenſis cuiusdam oculum clauus ferreus laeſerat per corneam intrans vsque ad iridem: adhaerebat iris corneae et capſulae iam opacae. Per operationem ſeparata eſt ab iride capſula, et cum lente extracta eſt, quo facto ruſticus viſum recepit. — Mercatoris Octodurenſis alterum oculum iam diu cataracta occaecauerat: alter, ſanus, virga laedebatur, ſubitaque lentis offuſcatione tunc esiam laborabat. Vtraque cataracta extracta eſt. Altera mollis erat: altera vero, a laeſione orta, in medio capſulae offuſcatae album durumque habebat punctum. Operatione peracta vtrique oculo viſus rediit.

Quodſi laeſiones aliarum oculi partium cum cataracta adſunt, illae ante operationem non difficiles ſunt obſeruatu: tunc vero operatio non inſtituenda eſt, niſi antea ſanatae fuerint laeſiones iſtae.

Mitto prognoſin ſingulorum generum diuerſarumque ſpecierum cataractae, cum omnia, quae huc pertinent, dubia et incerta ſint, tantisque difficultatibus premantur, vt ipſi peritiſſimi in hisce rebus magiſtri non audeant aliquid proferre, cui firmiter innit poſſis.

CVRATIO

CVRATIO CATARACTAE MEDICA.

Cum jam ſecundum ordinem mihi propoſitum cauſ- ., genera, criteriaque cataractae expoſuerim; ad gra- ſſimum mei argumenti momentum attigi, curationem mpe cataractae.

Accidere poteſt, vt non opus ſit curatione huius orbi, cum natura artis opem quaſi ſupplet: ſed id iſſime fit. Nempe, vti per artem depreſſa catara- ab eo loco remouetur, vbi viſum intercipit; ita am accidere poteſt, vt ſponte loco, vbi viſum tol- emoueatur, e. gr. motu aliquo aegri vehementiori, ui caſu, ſaltu, etc.

Fuerunt, qui ſuaderent, hanc demum naturae edicam opem expectandam ſemper eſſe, et exiſtima- nt, hanc na-turalem medelam promoueri debere fre- enti motu violento aegris praeſcripto. Verum illi, am raro id accidat non cogitantes, timiditatem m magis quam rationem conſuluiſſe, aut etiam me- odi medendi ignari fuiſſe videntur.

Curatio duplex eſt, aut per medicamina, aut per erationem: haec vbiuis recepta eſt, ita, vt alteram thodum leniter potius attingere ſoleant auctores, am diutius et fuſius diiudicandae immorari. Sed edici aut chirurgi eſſe arbitror, omnia ſcire, quae nouendo huic morbo vel auerruncando inſeruiant, aeque etiam eo ducere poſſint, vt operatio, jam r ſe difficilis et cum periculo irreparabilis jacturae ocu-

lorum coniuncta, aliquo modo ſuperflua fiat, ſi quidem id fieri poſſit. Interim dolor mentem ſubit cogitantis, quoties periculum eiusdem methodi fecerint viri peritiſſimi, idque incaſſum et irrito euentu. Proinde eo ſolum verba mea redigam, vt ea tantum medicamina indicem, a quibus aliquando euentus proſperi obſeruati ſint, aut quae ad hanc vel illam cataractam, huius illiusue hominis hoc illoue modo diſpoſiti, cum fructu adhiberi poſſe videantur.

Haec aut poſſunt externe partim oculo ipſi, partim aliis corporis partibus, aut interne applicari. Eo tempore, quo operatio adhuc imperfecta erat et parce admodum exercebatur, potiſſimum methodus per medicamina ſanandi in vſu erat. Singulares eius curationis formulae et medelae modi potiſſimum exſtant apud Bernhardvm Albinvm, [1]) ad quem Lectorem relegare liceat.

Recentiores duo genera medicaminum admittunt: nempe medicamenta talia, quae, ſi cataracta a cauſſis internis orta eſt, in has ſpecifice agunt, aut talia, quae, cum nullae ſubſunt tales cauſſae, tanquam diſſoluentia et incidentia inſeruiunt humoribus ſtagnantibus et coagulatis ſoluendis et tollendis. Medicamenta primi generis adhibentur, ſi materia quaedam morboſa corpori ineſt, cui origo cataractae debetur, e. gr. ſcabies, lues venerea, arthritis, ſcrophulae, exanthemata repulſa, vlcera ſubito ſanata, rel. Ill. Richter [2]) exemplum refert cataractae vſu vnguenti Iasseri, quod ſcabiem denuo expulit, ſanatae. Hanc vero curationis methodum non ſemper ex voto ſuccedere, monet experienti-

1) Diſſert. in Haller *collect.* p. 55.

2) l. cit. p. 195.

[exp]erientia Praeceptoris mei b. Ivzeler, qui aliquot ca[t]aractas a ſcabie retropulſa exortas obſeruauit, quarum [n]ulla tamen medicamentis cedebat, etſi ſcabies denuo [a]ppareret. In duobus caſibus acum admouebat, cum [ſ]cabies iam perſanata eſſe videbatur, ſed in vtraque [ſ]ine alia ratione chemoſis eſt inſecuta. Cl. Beer ali[q]uot exempla refert cataractae venereae, in quibus [sae]pe quidem mercurii veneream luem, nunquam vero [c]ataractam ipſam ſanauit. Idem obſeruauit b. Ivze[l]er, qui ex continuato per aliquod tempus mercurii [v]ſu, nullam in cataracta mutationem ſenſit, etſi virus venereum plane ſublatum eſſet. Triſte vero vidit ex[e]mplum hominis cataracta affecti, quae veroſimillime [a]b inueterato miasmate venereo, adhuc vires ſuas in [a]egro exſerente, exorta erat. Huic aegroto dedit mer[c]urium ad praeceptum Hahnemanni praeparatum, quo quidem remedio venereum virus ex corpore expulſum, [ſ]ed nihil in cataracta mutatum eſt. Continuato ſic per aliquot ſeptimanas eius vſu, operatio tandem inſtituta eſt. Status oculi et totius corporis ſucceſſum opera[t]ionis proſperum promittere videbatur, ſed, cornea [d]iſſecta, elapſa eſt ex oculo lens cum parte maxima corporis vitrei ſoluti, et aeger viſum non recuperauit. Hoc exemplum id docet, quod aliorum obſeruationes quoque probarunt, nempe ſumma cautione et circumſpectione in adhibendo hoc remedio opus eſſe, etiamſi ſpecifica cataractae indoles et complicatio illius vſum poſtulare videatur. Quod ad me attinet, equidem in eiusmodi caſu mercurium adhiberem, donec miasma venereum plane deſtructum fuerit, dein vero abſtinerem ab vſu eius: tantum enim abeſt, vt ipſa cataracta hoc medicamento tollatur, vt potius humor

vitreus prius diſſoluatur, quam obſcuratio lentis diſſipetur.

A cataracta ab arthritide orta hominem conualeſcere vidit Ill. Richter [1] intra quatuor ſeptimanas, adhibito vino antimonii et aconito, nec non externe applicata radice mezerei: cl. Beer autem aſſerit, ſe extractum aconiti ad duo, tria et plura grana diu adhibuiſſe ſine effectu. Ita etiam b. Iuzeler ex vſu corticis peruuiani, cicutae, et aconiti nullum vnquam ſalutarem effectum vidit, etſi haec remedia ſaepius et diuerſis in caſibus cataractae rheumaticae, ſcrophuloſae, arthriticae ſecundum indicationes ſuas adhiberet. Ill. Richter [2]) cataractam memorat, ſcrophuloſam, vt videtur, aconito et cortice peruuiano ſublatam.

Reſoluentia in vniuerſum, cum nulla inueniretur propria cataractae cauſſa in corpore aegri, frequentius fuerunt adhibita, quam medicamina primi generis.

Henckelius [3]) analogiam ſibi fingens cataractae cum aliis humani corporis morbis, a congeſtione humorum lentaque ſtagnatione profectis (e. gr. ſi cataracta ab ophthalmia et capitis doloribus pertinacibus orta fuerit, quibus nempe in caſibus vaſa oculi interiora nimis dilatari, humores ſtagnare, et hoc modo cataracta formari ſibi perſuaſit,) congeſtionem humorum aliorſum deducendam, maſſamque ſanguinis minuendam et attenuandam eſſe contendit: hinc diluentia, attenuantia, roborantia, diuretica, eccoprotica, ve-

na

1) loc. cit.

2) loc. cit.

3) *Diſſ. de Cat.* in Haller *Collect.*

e ſectiones, pediluuia, veſicatoria, adhiberi debere
cuit. Etſi vero in theoria haecce methodus vera
juſta eſſe videtur; dubito tamen fore, vt bonus effe-
us inde conſequatur in cataracta, licet illa eiusdem cum
gnatione aliorum vaſorum naturae ſit. Nam propter
ucturam lentis ſubtiliſſimam tenerrimamque, ſi ſe-
el ſtagnatio incepit, a diluta aut ſpiſſata ſanguinis
iſſa parum mutatur, et ipſa lens, ſi plane iam eſt
uſcata, nullum omnino effectum percipit.

Cicutam potiſſimum commendant Stoerck,[1]
llier,[2] et Mvrray,[3] aliique. Cl. Chemin[4] ex-
plum refert pueri tredecim annos nati, quem intra
menſes vſu cicutae, primo ad duo, tandem ad vi-
nti vsque grana datae ſanauit. Qvarin[5] cicutae
idem cataractam ſanandi vim non ineſſe credit, ſed
nen progreſſum eius ſiſtendi. Alii laudant ſternu-
oria.[6] Horstivs[7] quaeſtionem mouet, num quid
etica poſſint efficere? Mercurii ſublimati vtilita-
n laudant Locher[8] et Anonymus in Bibl. chir.
Richteri[9]; frictiones mercuriales commendat
ienck[10]; Mercurium ſolutum externe atque cum

 tartaro

1) Stoerck *Libell. de cicut.* c. 2. c. 18-19.
2) *Recueil. des Mém.*
3) *Med. Bibl.* II. p. 159.
4) *Journ. de Méd.* XXIV. p. 366.
5) *Tentam. de cicut.* caſ. 15.
6) Fischer *vom Alter* p. 114.
7) *Opp.* III. p. 39.
8) *Obſſ. pr.*
9) *Bibl.* B. 5. p. 155.
10) L. VI. obſ. 223.

tartaro ſtibiato et nitro interne datum Rowley. [1]) Saliuationem valde diſſuadet Fischer. [2]) Mercurium dulcem cum ſulphure antimonii et puluere cicutae granis octo vsque ad viginti dedit Ill. Richter: [3]) extractum hyoſcyami albi paulatim vsque ad octo grana Pellier. [4])

Bartholinvs, [5]) Planqve, [6]) Nevman, [7]) Boyle, [8]) et Woolhovsivs [9]) de vſu millepedum in hoc morbo agunt. St. Yves eos dedit cum herbis in jure carnium decoctis, interdum vero puluerem eorum ad grana quindecim; et ſubinde laxantia: Boyle ſuccum cum vino albo praeſcripſit. Millepedum vſum equidem non damnarem, cum in ſano corpore certe detrimenti nihil faciant.

Electricitatem nonnulli adhibuerunt. Knox [10]) exemplum adducit hominis quadraginta annos nati cui ſenſim offuſcatus nec tamen penitus interceptu erat viſus: huic adhibuit vir Cl. electricitatem bi terue quotidie: applicuit etiam ceruici ſetaceum e exanthematis cauſſa praeſcripſit pilulas Plvmmeri

Ho

1) *On the princip. diſeaſes of the eyes.*

2) l. cit. p. 113.

3) l. cit.

4) l. cit.

5) *Epiſt.* IV. p. 522.

6) *Biblioth.* T. III.

7) *praelect. chym.* p. 1286.

8) *philoſ. ep.* p. 154.

9) *in actis Trevoltienſibus*, menſ. Ian. 1706. art. 10.

10) *Medic. Comment.* Vol. IX. 2. p. 6.

oc curandi modo adhibito aeger eo vsque conualuit, . viſus ſufficeret muniis ſuis et negotiis exercendis; pacitasque in oculo ſolummodo tanquam leuis caeru- us color appareret. Aliud exemplum narrat KITE [1]) ttaractae, quae poſt vehementem et obtuſum dolo- em ſincipitis continuum atque pertinacem, qui nec ntermittebat nec ingraueſcebat, breui tempore orta rat. Aeger adhuc lucem tenebrasque et obiecta luci- ora diſtinguebat. Veſicatoria adhibita, ſpirituoſa me- icamenta temporibus infricata, et eccoprotica dolo- em capitis ſuſtulerunt, obſcurationem vero lentis au- ere viſa ſunt: electricitate vero adhibita et per ali- uot menſes continuata, aeger jam literas minutiores egere potuit lentisque opacitas fere disparuit.

WARE [2]) in cataracta a laeſionibus orta praeci- ue vſum aetheris externum laudat. LENTIN [3]) duas, t, cataractas ſanaſſe externo vſu collyrii ſequenti for- nula praeſcripti:

Rec. Aqu. roſar. vnc. duas
lauroceraſ. vnc. vnam
Mercurii nitrat. gutt. vnam
Miſc. D. S. Inſtillet aeger oculo gutt. I. ad V. ter de die.

Omnia, quae recenſui medicamenta b. IVZELER requentiſſime et in diuerſis morbi ſpeciebus adhibuit, unquam vero ſucceſſum votis reſpondentem vidit.

C 4 Cum

1) *Saml. auserleſner Abhh.* XII. 43.

2) *inquiry in to the cauſes, which have muſt commonles praevented ſucceſs in the operation of the cataract.* 1795.

3) in HVFELAND *Journ. der Heilkunde*, B. I. St. 2. p. 177.

Cum tot pericula facta; tot jam omnis generis medicamenta in vſum ſint vocata, eaque ab his laudata, ab aliis reiecta ſint; ſaepe miratus ſum, qui factum ſit, vt tam raro pulſatilla nigricans, huic vſui ſane aptiſſima, et nunquam camphora commendetur, cum tamen conſtet apud omnes, quanta huic inſit vis in reſoluendis ſtagnationibus inflammatoriis, quantaque ſubtilitate ad vaſa minutiſſima et fibras neruorum penetret.

Pulſatillae vim b. Ivzeler non raro expertus eſt in ſiſtendo cataractae progreſſu: hinc factum eſt, vt illam apud omnes adhiberet, qui operationem ſibi inſtitui nolebant. Inprimis vero, cum cataractam naſcentem ab ipſa eius origine obſeruando proſequi poterat, pulſatillae vſum praeſcripſit.

Ea laus debetur Perill. Stoerckio, quod primus fuerit, qui auſpicatos ſucceſſus huius plantae a ſe adhibitae promulgauerit. Cl. Beer ſolebat extractum praebere primo ad dimidium grani, et paulatim vsque ad tria quatuorue grana: eundem in tribus hominibus cataracta affectis ſucceſſum expertus eſt, quem Cl. Ivzeler, dum in viuis eſſet, animaduerterat. Propria experientia adductus camphorae vſum propoſui. Homo triginta annos natus, ceterum ſanus, robuſtus et plethoricus, ſicca ophthalmia afficiebatur, (qua de cauſſa, neſciebat) cuius non ante coepit rationem habere, quam viſum deficere ſentiret, obſcuratione per integram corneam ſe expendente. Externa remedia inflammationem cito auferebant, ſed remanente tamen corneae opacitate: fortioribus mihi erat abſtinen-

dum,

um, quia oculus ſubito incipiebat inflammari. uae cum ita ſe haberent, interne adhibui campho- m, cui, ob inflammatoriam aegri diſpoſitionem, ni- um admiſcui. Is medendi modus ſalutaris fuit ae- oto: oculus enim clareſcere et opacitas corneae aneſcere incepit. Ex eo cogitare cepi, eundem for- ſſis effectum camphorae etiam in offuſcatione lentis erari poſſe. Hoc modo humor vitreus non incur- ret in ſolutionis periculum, quod a vi mercurii ſub- nati acri, penetrante, et corroſiua timendum eſſe ihi perſuadeo. Sed iudicent peritiores viri de huius medii indicatione!

Boerhavivs, Ianin et Richtervs docuerunt, in taracta cryſtallina vix aliquid a remediis internis et ternis ſperandum eſſe, illasque cataractae ſpecies, as quidam perhibent ſanatas eſſe internis remediis, ere capſulares fuiſſe. Itaque, etſi illa medicamenta nandae cataractae pares non ſunt; ſingula tamen m ſucceſſu ad prohibendam cataractam ſecundariam, tum potiſſimum, ſi generalis quidam internus cor- ris morbus cataractae cauſſa eſt, adhiberi poſſe vi- ntur. Optandum omnino eſt, vt medici et chirurgi ritiores plura faciant pericula ſanandae per medica- enta cataractae.

CVRATIO CATARACTAE CHIRVRGICA.

Cum ex illis, quae jam monuimus, facile appareat, cataractam raro aut nunquam internis remediis ſanari; nihil praeter operationem nobis ſaepiſſime remanet. Etſi vero jam eo loco, vbi de prognoſi verba feci, quando operatio ſuſcipienda, quando intermittenda ſit, locutus ſum; tamen etiam hic de illis caſibus, in quibus rerum temporisque ratio impedit, quo minus operatio ſuſcipiatur, quaedam differere non abs re erit. Itâque abſtinendum eſſe credo ab operatione in aegro, qui nondum decimum quintum aetatis annum ſuperauit, quia infantes, motu haud perinde, ac ſeniores, abſtinent, adeoque nec inter operandum nec poſtea, tam quiete ſe gerunt, quam eſt neceſſarium, eamque ſui curam non habent, quae deſideratur, donec vulnus in cicatricem coierit. Accedit, quod, mea quidem ſententia, in corpore juuenili, vbi partes molles adhuc ſunt tenerae atque laxae, effluxus humoris vitrei cum lente facilius accidere poſſit, quam in adulto.

Neque praemature acceleranda eſt operatio in aegro, cuius alter modo oculus viſu eſt deſtitutus: altero enim ſatis videt, meliusque quam ſi alteri cultellus admotus fuerit. Tum enim, feliciter perfecta operatione, oculus vitro conuexo, ad compenſandam lentis jacturam indiget: cum vero ſanus oculus illo opus non habeat, incommoda quaedam in viſu inaequalitas inde oritur.

S

Si operatio male cedit, aeger continuo periclitatur
cnaria vtriusque oculi coecitate, ſi vel caſu inopino
el cataracta alter etiam oculus afficitur. Semper enim
mendum eſt, ſi in vno oculo male euenit operatio,
altero itidem male ſucceſſuram eſſe. Contra, ope-
tione non ſuſcepta, ſpes manet aegro, ſi et alter ocu-
us viſum amitteret, fore, vt operando viſum recu-
eret.

Item cum Ill. Richtero abſtinendum eſſe cenſeo
o operatione, quamdiu aeger non penitus eſt coecus.
i enim operatio male ſuccederet, abſoluta coecitas
nde enaſceretur: ſed cum plane coecus eſt, nihil re-
nanet, quod operationem poſſit diſſuadere.

Iam ſupra de prognoſi diximus, quam fallax illa
t. Vidimus, operationem bono ſucceſſu poſſe inſti-
ui, etſi omnia nihil boni portendant: contra opti-
no ſub augurio ſuſcipi, et tamen poſtea euenire
oſſe, vt aeger coecus maneat, aut oculo ſuppurante
eformetur. Quod cum ita ſit, non pauci operatio-
em etiam ominibus infauſtis ſuſcipiendam eſſe cen-
uerunt, quia viſum conſeruandi ſemper adhuc ſpes
uaedam remaneat. Eam ſententiam tuetur cl. Mvr-
inna [1]) obſeruationibus duabus commotus.

Ex mea vero ſententia, ſi quidem illam proferre
iceat, ſemper nullaque temporis et opportunitatis ra-
ione habita operationem ſuſcipiendam eſſe, in vni-
erſum contendi non poteſt. Sed certo quodam re-
um ſtatu, ſi aeger jam plane eſt coecus, et ſi e ſym-
ptomatibus malum quidem ſucceſſum times, ſpes vero
reſti-

1) in Richt. *chir. Bibl.* VI. p. 489.

reſtituendi viſus maior eſt: ſi quoque aeger, expoſita ipſi morbi ſtatu, manum chirurgicam expetit; operationem inſtituendam eſſe cenſeo.

Si autem cataracta affectus, ceterum ſanus eſt: ſi cauſſa cataractae ſublata eſt, aut ſi illa non orta eſt ex internis oculi malis: ſi oculus in eo vegeto ſanoque ſtatu eſt, quem ſupra de prognoſi adumbrauimus; nulla adeſt cauſſa, cur non proſper ſucceſſus operationis, idque jure, poſſit ſperari.

Iam multum diuque lis eſt agitata, nociuum num ſit, num vtile, ſi aegri, in quibus inſtituenda eſt operatio, internis remediis praeparantur. Omnem praeparationem, quaecunque ſit, diſſuadet Pellier. Ill. Richter [1]) diaetam antiphlogiſticam, venae ſectiones, eccoprotica, quae dentur auertendae poſt operationem inflammationi, illius potius origini fauere aſſeuerat. Omnes enim, ait, praeparationes et apparatus timore continuo et inquietudine ſuſpendunt aegrum, quo ſit, vt ſecretiones turbentur, debilitasque neruorum oriatur. Diaeta, diuerſa a victu hucusque conſueto, ſoliti motus defectus, aëris liberi vitatio fere eundem effectum producunt.

Sales neutros digeſtiuos, ait, et purgantes augere irritabilitatem, debilitare corpus, prohibere diaphoreſin, eaque medicamenta, quae ad ſordes primarum viarum auertendas plerumque adhibentur, easdem potius generare et augere.

Cl.

2) loc. cit.

Cl. Wenzel [1]) ante operationem clyſteres et pe-
luuia praeſcripſit diaetamque generoſam adhiberi
ſſit.

Cel. Bell [2]) antiphlogiſticam diaetam, pediluuia,
quot eccoprotica adhibenda et venam ſecandam eſſe
nſet.

Cl. Beer [3]) omnem praeparationem reiicit, pro-
er propenſionem ad inflammationem, quae in ae-
exinde poſſit oriri, propterque effectum, quem ille
us apparatus in animum aegri exſerere poſſit. Ne-
in valetudinariis, vt Senecae voce vtar, adhiberi
t operationem: ſaltem monet, vt aeger poſt ope-
onem extra noſodochium curam continuet, pro-
r mala, quae ex aëris temperie inſalubri poſſint
ſequi.

Sed ſupereſt, vt experimentorum illorum ratio-
n habeam, quae b. Ivzeler per longum diuturnae
erientiae tempus et fecit et ſemper iterauit.

Omni praeiudicio maior ſibi propoſuerat, Ill.
hteri exemplum ſequi, licet antea nulli aegro, niſi
inſtitutam praeparationem praeſcriptamque diae-
antiphlogiſticam, acum ſeu cultellum admoue-
Itaque cataracta affectos eiegit plane ſanos, ro-
o corpore inſtructos. In altero oculo operationem
epit, ſine vlla praeparatione: in altero, interiecto
io tempore, poſt praeparationem ſolitam. Euen-
tus

1) loc. cit.

2) *Syſt. of Surgery.*

3) *Lehrbuch der Augenkrankh.* p. 170.

tus prioris methodi raro aequabat felicitate ſucceſſu
poſteriorem. Repetito identidem experimento tanden
de vtilitate praeparationis ita conuictus eſt, vt vsqu
ad mortem illam inſtituere nunquam dubitaret. S
in hominibus cataracta affectis nulla indicatio locun
habebat ſingularium quorundam medicaminum, adeo
que aegri bene ſe habebant; laxans dabat octo ant
operationem dies, et poſtea vsque ad operationem quo
tidie libras duas ſeri lactis cum vncia dimidia electua
rii leniti, praeterea quietem eamque diaetam, cui a
ſueuerat aeger, praeſcribebat.

Expoſitis hisce obſeruationibus et experiment
peritiſſimorum virorum, ex parte ſibi inuicem plan
contrariis; videtur mihi mediam quandam viam poſ
inueniri in tractando ante operationem aegro, i
nempe, vt tractatio diuerſo ſtatui et diſpoſitioni cuiu
vis aegroti conueniat.

Iam ſupra oſtendi, aegros, quorum cataractae ali
adhuc morbus acceſſit, ab illo primum morbo lib
randos eſſe. Itaque eas jam ſolum percenſebo reg
las, ad quas in corpore ceterum ſano ante operatione
ſit attendendum.

Ante omnia id agendum eſt, vt animo tranqu
lus, corpore quietus ſit aeger: timori via ad anim
praecludenda eſt, et eximenda omnis formido ope
tionis. Celare oportet diem horamque operation
de ea tamquam remotiſſima adhuc et poſt diuturn
demum tempus euentura loqui. Operatio tunc pr
ter expectationem et quaſi inopinato inſtituenda eſt.

P

Proſpiciendum eſt, ne aeger animi intemperie et
quieta moroſitate ſit perturbatus. Occupandus eſt
diſtrahendus, ita, vt inter ludicra, gratoque otio
am iucundiſſime tempus transigat, neue cogitationi-
s inhaereat ad morbum ſuum pertinentibus et mo-
tis.

Corpori quies eſt conferenda, e. gr. ſi aſſuetus eſt
ae laborioſae, non ſtatim cubiculo veluti carceri
ludatur, ſed ſenſim ſenſimque a laboribus remouea-
r: idque medico cordi curaeque ſit, vt ipſa quies ae-
oto optabilis et grata euadat.

In disponenda eius diaeta, conſuetudinem et gu-
m maxime conſulerem, dummodo ne noceant
i: cibum et potum ad inflammationem disponen-
nimium nutrientes vitarem, leuesque ac refrige-
ites eligerem.

Si eſſet plethoricus, venam ſecarem, et tum prae-
ue ſolidorum nimisque nutrientium ciborum vſum
hiberem: attenuantem, refrigerantem potum co-
ſe propinarem, et ſanguinem ad inferiores partes
lucerem.

Si vero eſſet debilis, irritabilis, meticuloſus; di-
dia ante operationem hora vitrum generoſi vini ple-
m darem.

Aegrotis robuſtis, ſed propter operationem anxiis
ue ſollicitis, vidi cum ſucceſſu datam fuiſſe refri-
antem emulſionem, ex amygdalis dulcibus cum ni-
et ſyrupo diacodii paratam.

Cum

Cum ſordes in primis viis fere ſemper adeſſe ſta-tuendum ſit; laxans indicatum eſt, quod nunquam non, niſi adſint indicia contraria, praeciperem. Hunc in finem commendat Ill. Richter [1]) praecipue mercurialia.

Haud ita facile eſt diiudicatu, quaenam anni pars operationi peragendae maxime ſit opportuna et tuta.

Aeſtatis feruor et aeſtus aegris poſt operationem lecto decumbentibus non poteſt non moleſtus eſſe: calor nimius inquietos reddit, et ſaepe ita intolerabilis eſt, vt non poſſint aliter prae impatientia, quin ſeſe moueant, iactent, id quod valde noxium eſſe poteſt. Ver et autumnus ad epidemicos morbos pronum reddunt corpus, ad catarrhos, rheumatismos etc., quare timendum eſt, ne poſt operationem eiusmodi morbus accedat. Suſcipiendae operationi maxime opportuna mihi videtur hiems, niſi in arthriticis et catarrho obnoxiis.

Iam omnia mihi videor in rationes retuliſſe, quae chirurgo in cataracta affectis potiſſimum obſeruanda ſint ante operationem.

Transeo iam ad deſcribendam operationem ipſam.

Operatio cataractae, quae eſſe ſubtiliſſima videtur in toto chirurgiae ambitu, attentionem maximam, curamque ſingularem chirurgi depoſcit. Immo in ipſis rerum minutiis, quae nullius momenti eſſe primo obtutu videntur, in ipſius Chirurgi manu arteque eſt poſita oculi aut conſeruatio aut exitium.

Itaque

1) loc. cit. p. 204.

Itaque prolixitatem deſcriptionis ſatis largam at-
e amplam, nemo, quod ſpero, mihi vitio vertet.

Illarum mutationum peculiarium, in quibus qui-
fere chirurgus ab alio plus minusue discedit, con-
tiſſimas modo et optimas perluſtrabo, illique me-
odo inprimis vacabo, quae mihi praeſtantior prae
eeris videtur.

Poſitus aegri et chirurgi primum eſt, ad quod te-
cere oportet. Quam maxime opus eſt diſpoſitione
onea, ita, vt chirurgus commode et tuto eum ex-
aerſo aegri locum teneat, in quo firmitas tuta ἐγχει-
ρήσεως nullo modo praepediatur.

In hunc finem aegrotus ſedi altae eſt imponen-
s, cuius ex vtroque latere brachia excurrere debent:
tergo fulcrum ad reclinandum idoneum, planum,
ne tergum aegri ad ſedem decurrens in angulum
ctum adeſſe oportet. Ea ſedes firmiter inſiſtat pa-
mento. Ante aegrum ſtet chirurgus, brachiorum
otu libero, cubito ad corpus ſubducto. Quartum
intumque digitum maxillae aegroti apprimat. Al-
udo ſedis et rectitudo fulcri conferunt, vt facies ae-
i manui chirurgi commodiſſime ſit oppoſita. Bra-
ia ſedis firmiter prehendat aeger, eumque in finem
dibus ſcabellum ſubmittatur. Cubiculi feneſtrae
nes aulaeis obuelentur, praeter vnam, cui aeger ita
mouendus eſt, vt lux ſupra naſum ex obliquo oculo
idat. Oculus ſanus ſplenio obtegendus eſt. Chirurgi
niſter pone ſellam ſtare et altera manu mento aegri
bmiſſa caput eius tergo ſellae apprimere debet paullo
pinum. Ita ſit, vt chirurgus firmitatis non parum

lucretur, et prolapſus vitrei humoris, ſi non prohibea
tur, certe non promoueatur. Alteram manum idem
miniſter fronti imponat, et vnco obtuſo, qui in Chi
rurgia Ill. Richteri [1]) delineatus eſt, palpebram ſu
periorem eleuet. Vncus hicce duobus ſuis ramis ſimu
oculi bulbum firmum teneat.

Inferiorem palpebram chirurgus deorſum et ex
trorſum trahat, dum digitum medium indicemqu
manus liberae, illum mediae palpebrae, hunc inte
riori oculi angulo ita admouet, vt extremi digiti ver
ſus bulbum paulo promineant, quo ſit, vt hic ſimula
mouetur, digitis tangatur.

Hoc modo bulbus ita poteſt immobilis teneri, v
ſuperius vnco interius indice, inferius medio digito
exterius acu aut cultello terminetur.

Methodus Ill. Richteri, quae in eo conſiſtit, v
aeger humiliori, chirurgus altiori ſellae inſideat, incom
moda mihi videtur, quia chirurgus ſedendo prohibetu
a libero motu: cum pedibus inſiſtit, applicita aegr
manu, tantumdem firmitatis, plus agilitatis accedi
Quod idem commendat, ſcilicet, vt pede innitatu
ſellae aegri, innixoque in genu cubito operatione
ſuſcipiat, multum abeſt, vt ſuffragari ipſi poſſim. No
enim poteſt fieri, vt hoc modo ea facilitate motibu
aegri, aut oculi, cultellum accommodare poſſit, qua i
ſit, ſi brachium eſt liberum. Quod ſi deeſſet chirurg
firmitas, qua opus eſt, ſi operationem ſtans et erectu
ſuſcipere brachioque libero vti vult; commendarem
ei ſellam Fabricii Hildani, quae paululum mutat
pro

1) Tom. III. Tit. 1. fig. 2.

ſecto magno cum emolumento adhiberi poteſt: de-
atam illam inuenies in Operib. FABR. HILD. [1]) Cl.
R non probat vſum fulcri alti tergo acclinati, quo
en ad firmitatem carere non poſſumus. Si ful-
n eſt humile, miniſter caput aegri pectori ſuo ap-
nit: huic vero tanta firmitas non ineſt, quanta ad-
enda eſt fulcro ligneo. Itaque minutiſſimus mi-
ri motus caput aegri commouet, ex quo peſſima
ecumque conſequi poſſunt.

Solebant olim chirurgi alterum ſanum oculum
rum relinquere, aegrumque jubere, vt inter ope-
lum vnum locum immoto oculo adſpiceret. Per-
iebant ſibi, fore, vt oculus affectus eo modo aptiſſi-
m operationi ſitum et directionem occuparet. Sed
um ſani comitatur motus aegri oculi, et raro, ne
ino quidem oculo, optatam illam opportunam di-
ionem poteris obtinere, ſi aeger meticuloſus ap-
itum oculo minitantem videt. Qua de re equidem
m ſemper deligarem ſpleniis oculum.

Quamuis vſus vnci multis plane diſpliceat, tamen
leuandam palpebram tutior videtur eſſe eius ad-
io, quam digiti appreſſio. [2]) Palpebrarum enim
tura ſaepe exigua eſt: huic ſi accedit aegroti in-
tudo, ſemper timendum eſt, ne palpebra humore
ica e digitis elabatur. Sed etiamſi vſum huius in-
nenti in operanda cataracta neceſſarium eſſe du-
vſum tamen plani vnci (eodem loco delineati)
um eſſe arbitror, quia coniunctiuam nimis irritat
lbum facile in ſitum incommodum vertit.

[1]) *Obſ. chir.* Cent. IV. Obſ. 16.

[2]) FELLER Diſſ. *de meth. ſuffuſ. oculor. cur.* Lipſ. 1782.

Duo ſunt genera operationis. Aut lens opaca loco ſuo in fundum oculi *deprimitur*, quo fit, vt lu denuo libere per pupillam transire queat: aut diſſec cornea lens plane ex oculo *extrahitur*. Prior *depreſſi* poſterior *extractio* vocatur.

DEPRESSIO CATARACTAE.

Depreſſio cataractae iam valde eſt antiqua, et v riae de inuentione eius ſententiae exſtant.

Haec operatio ope acus fit, quae aut plane te et acuta, aut verſus apicem plana, anceps, et lanceol ſimilis eſt. Plana acus jure tereti praefertur: facili enim in oculum penetrat, lenti melius admouet lacerandaeque capſulae, aut ſeparandae, ſi adhaer magis inſeruit. Vbique ergo vtilem ſe praebet, eti vbi teres acus adhiberi non poteſt, id quod praeſta tiam eius jam ſatis probare videtur.

Illinitur ante oleo aut ſaliua, et veluti calam ſcriptorius inter pollicem et digitum medium indice que prope anteriorem manubrii finem prehendit Siniſtra manu in operando oculo dextro tenetur, d tra vero, cum ſiniſter laborat. Si oculus adhuc n bilis eſt, momentum illud expectandum eſt, quo o lus operationi ſe commodiſſimum praebet.

Acus exteriori oculi cantho per ſcleroticam int ditur, ita, vt linea vna à margine corneae diſtet, dimidia infra eius medium: acus ita teneri debet, altera ſuperficies ſurſum, altera deorſum ſpectet, m gin

esque antrorſum et retrorſum vertantur. Simul-
acus in oculum penetrauit, oblique retro im-
gitur, donec latiſſima eius ſuperficies poſteriori
i lentis cryſtallinae mediae adiaceat; tunc circa
eriorem lentis opacae partem mouetur, ita tamen,
uperficies altera ad iridem, altera ad lentem ſpectet,
ue imponitur anteriori cataractae parti. Cataracta
no leniter repreſſa, reſoluitur ab ambitu, tum
rſum et retrorſum in fundum oculi detruditur,
riore eius ſuperficie ſurſum, poſteriore deorſum,
rgine ſuperiore retrorſum, inferiore antrorſum
tante.

Quod ſi lens intermittente acus preſſione denuo
udit, iterum premenda eſt; ſi firmiter tandem
do adhaeret, acus extrahenda eſt eadem directione,
in oculum immiſſa erat. Denique ſplenia impo-
tur, quo facto aeger lecto decumbere debet capite
llulum eleuato.

Deſcripta jam methodo depreſſionis, quam e diu-
na beati Praeceptoris experientia maxime idoneam
duco; de diuerſis plus minusue minus idoneis aut
iuis methodis, quae adhuc ſolent adhiberi, pauca
cere liceat.

Cum non difficile ſit, aliqua exercitatione in ani-
libus viuis aut cadaueribus humanis eam ſibi prom-
udinem ſiniſtrae manus acquirere, quae ad opera-
nem cataractae in dextra deſideratur, ita, vt ſiniſtra
nus dextrae vicibus fungi poſſit; miror equidem, a
nullis chirurgis inuenta eſſe inſtrumenta propria,
ſidio ſiniſtrae manus deſtinata.

Sunt, qui chirurgum pone ſellam ſtare in opera tione jubeant: ſunt alii, qui cum HEISTERO acu cu uata vtantur, eamque dextra manu ſuper naſum inte riori oculi cantho immitti doceant. Non opus ſan eſt, incommoda horum inſtrumentorum fuſius perſe qui, tum quia jam ſatis hac de re dictum eſt ab alii tum quia a quouis artis non imperito facile poſſit in telligi. Si oculus, dum infigere acum vis, inquietu eſt; inquietudo illa plerumque augetur adhortation chirurgi, quia non eſt in poteſtate aegroti, vt oculun immobilem teneat.

Si acus oculo infigitur in loco, qui plus vna line a cornea diſtat, 1) apex eius, quo longius a cornea in fertur, eo directius iridem verſus tendit, et difficiliu ſalua iride deorſum mouetur: deinde timendum e ne cataracta eo modo antrorſum verſus pupillam pr matur, cum acus in oculo altior ſit manubrio, et poſtica parte oculi ad anteriorem vergat.

Acus ſi altius adhuc infigitur, periclitatur ap neuroſis muſculi recti externi oculi, vnde mala ſu ſequi poſſunt varia.

Docet cl. BELL, acum ita infigendam eſſe, vt, ſim intrauerit oculum, ſtatim ante lentem conſpiciatu Sed ita facillime proceſſus ciliares, iris, aut pars cr ſtalloideae anterior laeditur, vnde nonnihil pericu timendum eſt. Ita etiam acus in ſcleroticam in m dio vel ſupra eius medium non facile infigitur, ſalu neruis et vaſculis ſanguineis, vnde quoque neceſſ rium eſt, acum horizontaliter adigere in oculum.

Acu

1) PETIT *Mém. de l'acad. des ſc. de Par.* 1726. p. 370.

Acum niſi oblique in poſteriora oculi dirigas, acu-
n eius directe lentem feriret, eamque, ſi paulo du-
r eſt, ad interiorem oculi angulum reprimeret.

Vsque ad annum 1785. quo Cl. Willbvrg Diſ-
tatio *de variis hucusque vſitatis cataractam operandi*
thodis in publicum prodiit, vbi primum methodum
ne commendatam expoſuit auctor, ſolebant chirurgi
ım, eo quo diximus modo oculo illatam, margini
aractae ſuperiori imponere, tum lentem oblique
orſum et retrorſum deprimere, ita, vt in fundo
ıli anterior eius facies deorſum et antrorſum, poſte-
r ſurſum et retrorſum ſpectaret, ſuperior eius margo
rorſum atque ſurſum, inferior retrorſum atque deor-
n. Haec methodus manca eſt et imperfecta, vitiisque
noxia, quibus illa caret, quam ſupra commendaui.

Si cataracta non eſt firma, et ſimul vueae adhae-
, multo demum labore deprimitur, niſi inuertatur:
ac facile lacerata in particulas diſcedit, quae diffi-
lter deprimi poſſunt, ſaepe omnino nequeunt, et
pe poſt operationem in locum priſtinum vel in ca-
eram oculi anteriorem reſiliunt.

Eiusmodi longus in ipſo oculi cauo peragendus
or periculoſus eſt, et neceſſario nocet, ſi aut chi-
rgi manus, aut aegri oculus inquietus eſt. Facile
im vuea aut choroidea laeditur, atque inflammatio
ſuppuratio oritur. Praeterea in hoc operandi modo
cheireſis difficilior eſt, et magis complicata, quam
illa, cui me vnice addixi, nec (id quod operatio-
m multum juuat) ſtatim acus ante lentem per pu-
lam poteſt conſpici.

Lens acu ſuperne preſſa, facile elabitur, aut mox hac, mox illa parte diſcedit ab ea, ſeſe eleuat, aut ſaepe etiam elabendo in membranis oculi interioribus mala producere poteſt.

Accedit, quod a cataracta ſecundaria hic operandi modus tutus non ſit, et quod cataracta, ſi proximis partibus accreuit, difficilius ſoluatur, quam ſi lentem inuertas.

Methodum Ferrenii [1]) inutilem eſſe ſatis euicit Ill. Richter. [2]) Eam vero methodum, quam praecipue commendarunt Pott, Henckel [3]) aliique magni nominis viri, quae in eo conſiſtit, vt ſine depreſſione cataractae capſula modo aperiatur, et lens immutata in oculo relinquatur, cl. Gleize, Richtervs [4]) aliique ex variis, iisque grauiſſimis, rationibus reiecerunt.

In cadaueribus hominum, quibus, dum viuerent, cataracta erat depreſſa, Cel. Wenzel [5]) lentem cryſtallinam immutatam nec ſolutam inuenit, id quod teſtimonio eſt, quantum incertitudinis illi methodo inſit. Quod ſi ante operationem cohaeſio cataractae cum vuea maiori ambitu deprehenditur; depreſſio, vti inferius oſtendere mihi propoſui, ſuſcipienda non eſt. Saepius vero cataracta ſolum hic et illic, non vbiuis adhaeret: aut adhaeſio e. g. ad hyaloideam adeſt, quae viſu detegi nequit,

1) Henckel *chir. Opp.* St. 1. §. 14.

2) l. cit. p. 232.

3) l. cit. §. 19. 20.

4) l. cit. p. 234.

5) l. cit.

quit. Tunc ad ſoluendam lentem apex acus, poſt- am modo praeſcripto ad ſuperiorem marginem len- peruenit, quantum id fieri poteſt, maxime exte- ri pupillae margini et deinde interiori eſt admo- ndus.

Haec vero encheireſis ſi lentem loco mouere et ungere non valeat, cataractae, ſi quidem id per nſiſtentiam eius licet, acus eſt inſigenda, et caute rſum deorſumque mouenda. Quod ſi lentis duri- es et hanc encheireſin irritam et impoſſibilem reddat, us ſolum viciſſim ſuperiori et inferiori lentis mar- ni eſt imponenda, et motu repetito ſurſum deor- mque tentanda eſt ſolutio.

Si adhaeſio praeternaturalis cataractae ad humo- m vitreum adeſt, acus pone lentem aliquoties ſur- m deorſumque mouenda eſt, donec tota ſua ſuper- ie ſeparata depreſſionem admittat.

Quae poſt operationem facienda ſint, aut quae ſt illam ſequantur, hic ſilentio praetereo, quia fu- is paullo infra de hisce agere animus eſt.

Venio jam ad cataractae extractionem, qui modus erandi recentior noſtrisque diebus fere vbiuis re- ptus eſt.

CATARACTAE EXTRACTIO.

Hanc methodum humano generi ſalutiferam nul- que non laude dignam, gallo cuidam chirurgo veteri [1])

 debe-

[1]) Petit *Mém. de l'acad. des ſc.* 1708. p. 241.

debemus, eam vero diu poſt, anno 1745. adhibuit commendauitque Cel. Daviel.

Ea jam ab ipſo adoptata methodus principio immatura adhuc atque imperfecta erat, aliisque chirurgis occaſionem offerebat cognitionem et acumen ingenii in emendanda et corrigenda hac operatione exercendi. Hinc tot ſubortae ſunt mutationes, tot excolendae perficiendaeque operationis tentamina, tot methodi, encheireſes alternis vicibus commendatae, vſitatae, exploſae, ita, vt quiuis ſequior aetate antiquiora commenta vel damnaret, vel certe mutare anniteretur. Nec dubito, in ea operatione nos longius prouecturos eſſe, dum longe adhuc remoti ſumus ab illo perfectionis fine, quem vt aſſequatur haec operatio magnopere optandum et ſperandum eſſe reor.

Finis in eo conſiſtit, vt viſus reſtituatur, lente ex oculo per apertam corneam et capſulam educta.

Nihil autem intereſt in hoc operandi modo, an cataracta ſit dura, mollis, liquidaue. Maioris vero momenti eſt ipſa affecti oculi ſtructura, maior minorue palpebrarum fiſſura, oculi profunditas aut eminentia, corneae conuexitas aut planitudo, pupillae magnitudo aut paruitas, mobilitas aut immobilitas et adhaeſiones.

Operatio facilis eſt, ſi large fiſſae palpebrae ſunt, ſi oculus eminens, cornea multum conuexa, pupilla non adhaerens et mobilis eſt: contra eo difficilior eſt, quo plures ex hisce notis deſunt.

In

In extractione non ſecus, ac in depreſſione, omnia
iſtrumenta oculo aut palpebris firmiter tenendis
onducentia nocent. Qua vero ratione oculus vnci
gitorumque ope a motu prohibeatur, cum jam ſupe-
erius explicuerim, nihil impedit, quo minus ad de-
ribendam operationem ipſam transeam. Aeger, chi-
urgus, miniſter eundem locum occupant, quem in de-
reſſione indicaui. Lux clara debet oculis illabi, vt
is contracta tutior ſit a laeſione per cultellum, et vt
ıbitaneus elapſus lentis, quantum id quidem hoc
ıodo praecaueri poſſit, impediatur.

Manus operationem ſuſceptura eodem, quo in
eprimendo, modo ſeſe habeat, culter eodem geſtu
igitorum, quo calamum tenemus, prehendatur. Is
b exteriore oculi cantho infigitur corneae eo loco, qui
uartam partem lineae a margine eius abeſt, ita, vt acies
eorſum ſpectet. Tum ictus per inferiora corneae, ita
t peripheria ſectionis vbique quarta lineae parte a
clerotica diſtet, ſecundum diamétrum horizontalem cor-
eae, per anteriorem oculi cameram continuari debet.

Iam ſi apex cultelli verſus interiorem oculi an-
ulum per corneam eadem diſtantia a ſclerotica pro-
ninet, adhuc eo vsque ictus cultelli continuatur, do-
ec inferior pars corneae in formam lunatae laciniae
eparata fuerit. Sectio ipſa vero nec nimis parua nec
ngusta eſſe debet; illa itaque, quantum id ſalua iride
eri poteſt, proxime ad marginem corneae eſt ducen-
a. Si accidit, vt, omni licet cura adhibita, inter ſe-
tionem tamen effluat per corneam humor aqueus, et
ris cultri ſe offerat acumini; cultellus propellendus
non

non eſt, ſed digito medio eius manus, quae inferiorem palpebram tenet; cornea leniter quaſi fricanda eſt. Ad praecauendum hunc profluxum ſectio vnico inſtrumento, Ill. Richteri ſcilicet cultello, perficienda eſt, qui, qua latiſſimus eſt, tres lineas non excedit. [1]) Cultellus corneae infixus cum hac aliquanto maiorem debet angulum formare, quam ductus per anteriorem oculi cameram: timendum enim eſt, fore, vt cultellus ab initio cum cornea acutum angulum formans inter eius lamellas penetret, hinc ipſa inciſio, cum oblique a diametro horizontali diuergit, nimis exigua et anguſta euadat. Cultellus tergo paullulum ad iridem vergente, lente cauteque ſecundum diametrum horizontalem propellendus eſt, adeo, vt mutatio quaelibet, quae inter haec accidere poſſit, euitetur.

Si ſectio jam peracta nimis exigua eſt, elongari debet forfice, quae ſecundum latitudinem ſuam ad formam hemicycli verſus apicem debet eſſe incuruata.

Saepe, ſi aeger corpus aut oculum mouet, non fieri poteſt aliter, quin retrahendus ſit cultellus ex oculo. Quinquies id accidit b. Iyzeler: totidem elongauit forfice vulnus: hoc deinde optime in cicatricem concreuit ipſaque operatio nullo non voto reſpondit.

Dum ſectio per corneam penetrat, miniſter palpebram ſuperiorem dimittere debet, eum in finem, vt corneae pars cultello ſoluta ſitu ſuo naturali ſuſtineatur, et vitreo humori quadamtenus obſtet.

Abſo-

1) Deſcript. vid. in Cel. Richter *Chir.* B III. p. 269. et delineationem in tertia tabula.

Abſoluta ſectione, lumen oculo aegri admiſſum
oderandum aegroque aliqua quies permittenda eſt,
um ob cauſſam, vt pupilla ad tranſitum lentis inte-
um ſeſe poſſit dilatare. Dum aperitur capſula, mini-
er palpebram non amplius vnco, ſed digitis ſuſpen-
ere debet, ita vero, vt ipſum tamen bulbum non tan-
at. Acu tunc chirurgus reſectam laciniam eleuat,
uteque, ſalua intactaque iride, eam pupillae infert,
huc illuc leniter mouendo capſulam aperit. Quo
cto, ſi lens iridi propius accedens egreſſui proxima
t, cataracta extrahi debet. Hunc in finem admoue-
ur paruulum illud cochlear Davielii, cui *curette* apud
allos nomen eſt, ſcleroticae ſub ipſa cornea, leniter-
ue prius apprimitur oculo, dein paullo fortius for-
usque, donec lens inferiore parte in pupillam tan-
emque plane ex oculo prolabatur. Cautiſſime tamen
remendum eſt: ſi enim iuſto celerius fortiusue pre-
natur, humor vitreus lentem ſequitur et ſimul ex
culo effluit. Fieri etiam poteſt, vt pupilla aut natu-
ali ſit iuſto minor, aut inter operandum conuulſiue
contrahat tranſitumque cataractae impediat. Tum
e dubites, forfice vti iridemque ſecundum fibrillas
as longitudinales diſſecare. Multis enim obſerua-
onibus id certe liquet et in confeſſo eſt, artifi-
oſa haecce vulnera ſemper claudi, ſolumque id in-
ommodum oriri quod pupilla oualis fiat. Id autem
ncommodum viſui ne minima quidem ratione obeſt.

Extracta cataracta cubiculum rurſus, quantum id
oteſt, colluſtrari et oculus accuratiſſimo examini ſub-
ci debet. Nonnumquam enim fit, vt poſt operatio-
em, praeſertim in cataracta molli, exiguae viſui im-
peruiae

peruiae particulae reſiduae aut pituita,ſiue ſint cataractae ipſius, aut offuſcati humoris MORGAGNIANI, viſum morentur. Tunc omni attentione operam dare debes, vt hasce particulas reperias: et, ſi illas pone pupillam, vides cochlearis ope ſumma cura ſunt educendae. Quod ſi deinde plane clara eſſe videtur pupilla, timere tamen aliquo modo debes, ſupereſſe adhuc poſſe eiusmodi particulas: quare opus eſt, vt lente et molliter perfrices oculum. Eo artificio Cl. IVZELER obſeruauit id fieri, vt omnes reſiduae partes appareant, etſi antea viſui fuiſſent ſubductae. Itaque numquam illud omiſit, etiamſi pupilla plane pura appareret, et aeger clare diſtincteque cerneret. Sed ea encheireſis manum deſiderat ſtrenuam, ſtabilem, vſuque exercitatam: nam ſi vel nimis premas, aut parum caute oculum perfrices, timere debes, ne vitreus humor prolabatur.

Non ſemper cataracta adeo benigna eſt, vt haec, quam modo deſcripſi methodus, cataractae cryſtallinae accommodata, ſuppetat. Verbo itaque expediam, quae etiam ad cataractam adhaerentem et membranaceam ſpectent.

Si cataracta ita adhaeret iridi, vt lucem et tenebras diſtinguendi aeger compos non ſit, et pupilla circumcirca immobilis adhaeret; operationem vetarem, quamuis et hic, ſed raro, ſucceſſu bono poſſit adhiberi.

Verum cataracta ſi nondum integro ſuo ambitu adhaeret, ſed hac modo, illaue regione; ſeparandi periculum ancipiti acu facerem. Eam, ſi conſiſtentia

cata-

aractae permitteret, per pupillam lenti inſigerem, quaquaverſum circa axim ſuam torquerem, et hoc odo dirimerem vincula, quibus adhaeret. Si vero aractae conſiſtentia inſigendae acui ſe opponit, ea in o adhaeſionis inter iridem et cataractam caute in- enda, et cataracta, quantum id licet, deorſum ac ſum premenda eſt, quo artificio ſeparatio ſaepe fa- lime cedit.

Si capſula lenti adhaeret, id quidem conſpici ne- it, verum nec ſeparatio eſt neceſſaria: leuiter enim premis bulbum et capſula cum lente non prodit, erius preſſionem ne experiaris. Acum, quo ſupra i, modo infige et rotatam circa axin ſurſum deor- nque preme. Niſi hoc artificio ſeiunctio cataractae voto cedit, ab extractione deſiſtendum, et cataracta oculo linquenda eſt, niſi vsque premendo et vsque iis, vt humor vitreus ſubito effluat.

Cataracta membranacea ſaepe jam ante operatio- m iis ſignis diſtinguitur, quae in capite de diagnoſi enſui.

Tum, inciſione corneae facta, capſula forcipe parua apprehendenda et extrahenda. Plerumque lens im prodibit: ſi remanet, preſſo inferius oculo ex- mi poteſt. Quod ſi opacitas capſulae ante opera- nem non conſpicitur, et extracta primum lente rgines offuſcatos vides; capſula modo ſuperius de- ipto forcipe eſt extrahenda.

Si extracta lente opacitas adhuc apparet pone pu- lam, et longius remota, quam ante operationem: lla opacitas non eamdem praebet ſpeciem ac antea,

et

et ſi aeger nondum videt: veroſimilis eſt coniectura, opacitatem poſterioris partis capſulae in cauſſa eſſe. Haec difficilius tractatur, quam illa anterior, quia ex oculo non plane extrahi poteſt. Itaque laudata ab Ill. RICHTER [1]) encheireſi vterer: ſcilicet, inſtrumento acuto, (adhiberem acum) poſteriorem capſulae membranam diſcinderem, et quantum poſſem, ampliſſimam in ea facerem inciſionem. Dilacerationem tantum membranae ſuadet IVNG. [2])

Abſoluta operatione opus eſt, vt margines vulneris examinentur, lacinia ſuperior inferiori ſuperimponatur ac palpebra inferior tamdiu retineatur, donec ſuperior totam corneam obtexerit, neque inferioris vlla pars ad margines vulneris attingat.

Deſcripta jam methodo, quam in extrahenda cataracta optimam eſſe et tutiſſimam cenſeo; reliquas praecipuas huc vsque receptas methodos ὡς ἐν παρόδῳ percenſere libet.

Omnia inſtrumenta firmiter tenendo bulbo accomodata plus minusue nocent. [3]) Praecipua ſunt vncus Cl. BERANGER, [4]) forceps Cl. LE CAT, haſta Cl. PAMART, [5]) eadem correcta à Cl. CASAAMATA, [6]) haſta inſerta dactylio

1) l. cit. p. 328.

2) *Methode den gr. Staar auszuziehen und zu heilen*, etc. Marburg 1761.

3) IVNG l. cit.

4) SABATIER *de variis catar. extract. method.* Paris 1759.

5) RICHTER l. cit. Tab. 2.

6) FELLER Diſſ. *de meth. ſuffuſ. oculor. cur.* Lipſiae 1781. RICHTER ibid. f. 2.

Cl. Demours [1]) aliaque. Non ſolum omnia haec
…iam irritationem et dolorem oculo afferunt, ſed ex-
…itatiſſimo etiam chirurgo incommoda parant, quia
…entionem ſuam in vtramque manum aequaliter dis-
…tiri cogitur. Haec incommoda etiamſi euitari
…ſſint, illa inſtrumenta tamen vſus nullius eſſe, et
…po ſuo non reſpondere liquet. Etenim, ſi motus
…li res eſt arbitrii, mox in illum locum perueniet
…bus, qui opportunus eſt: ſi involuntarius, haec
…rumenta motui figendo non magis conducunt, quam
…plex digitorum vſus, ſed irritatio, quam produ-
…it, ſpasmum auget, a quo peſſima quaeque timenda
…t.

Cultellos varii generis, inde ab inuenta extra-
…ne laudatos, mutatos, emendatosque omnes hic
…erre nolo. Ill. Richteri cultellus ſine dubio om-
…us ceteris praeferendus eſt, adeo, vt dubitem, fore,
… alio vtatur.

Vtinam vero inſtrumentum inueniri poſſet ape-
…idae quam minimo periculo ſimul corneae et capſu-
… idoneum!

Tentauit id primus Cl. Siegerist, omni hac in re
…le dignus: ſed nollem vti hoc inſtrumento, quippe
… facile laeditur iris et praematuro humoris aquei
…uxui occaſio praebetur.

Nec cultellus Cl. la Faye, cuius lamella ſecun-
…m latitudinem eſt incuruata, commode adhiberi
poteſt,

Journ. de Méd. T. LXIII. Richter l. cit. F. 5.

poteſt, quia ſemel infixus facile e cornea, idque nimis mature, exit, et ſectio adeo nimis exigua inde oritur. Ceterum omne meritum nolim ipſi denegare: vidi enim b. Ivzeler talem, parum quidem incurvum, adeo vt verſus manubrium tantum oblique decurreret, adhibere, cum iris nimis prominebat, quo in caſu per cultelli recti vſum laeſio fere ineuitabilis accidiſſet. Inſtrumentum a Cl. Bvtter [1]) inuentum, inutile omnino eſſe facile patet.

Ad exitum cataractae faciliorem reddendum, Cel. Daviel commendauit ſectionem duas tertias corneae occupantem. Sed exitus lentis inde non facilitatur, nec apertura hoc modo amplior redditur, cum diameter corneae in medio eius ſit maximus, et quo altior eſt, eo magis decreſcat: ſed hoc modo potius prolapſui iridis aut humoris vitrei via paratur. Itaque valde cauerem, ne corneam ſupra medium diſcinderem.

Quo pauciora inſtrumenta in hac operatione adhibemus, eo eſt facilior et tutior: hinc nego, omni culpa vacare methodum quorumdam e. gr. Cl. van Wy. Is primo paruam format in cornea inciſionem inſtrumento quodam phlebotomo ſimili, dein hanc inciſionem forſice dilatat. Hoc inſtrumentum non minus improbo. Quippe, qui ſtrenua atque vſu exercitata manu vtitur, chirurgus, hoc facile carebit: qui vero ſuae manui non confidit, ab operantis munere abſtineat potius, quam praeter debilitatem inſtabilis manus miniſterium adhuc intuti inſtrumenti in ſubſidium vocet.

Cel.

1) *A new proposal for extracting the cataract etc. by* Will. Bvtter. Lond. 1783.

Cel. Wenzelii conſilium, cultellum in ſectione
ſuperiori oblique deorſum ducendi, propter diuer-
ſ oculorum conſtitutionem non ſemper poteſt adhi-
ri. Solum in bulbo perquam eminente feliciter
s eſt eo conſilio b. Ivzeler, neque id propterea ſo-
n, quia vitreus humor non tam facile effluit, ſed
n palpebra inferior ſaepenumero ſuperiorem vul-
s oram attingit, prohibetque ne in cicatricem coeat
us, adeoque irritat et inflammat: quae incom-
la in Cel. Wenzelii methodum omnino cadere ne-
unt.

Superflua et incommoda mihi videtur methodus
Bell, [1]) qui ſectionem per ſcleroticam ad margi-
corneae inſtitui vult, eam ob cauſſam, vt offuſca-
corneae euitetur. Sed ſi ſectio lunata quarta li-
parte a ſclerotica diſtans inſtituitur, conſolidatum
catricem vulnus viſum non poteſt obſcurare, quia
regione pupillae non eſt. Ceterum ſectio in eo
ſcleroticae facta non modo incommoda eſt, ſed ne
em tuta, quia choroidea, retina, proceſſus ciliares
gamentum ciliare laeduntur: hac igitur methodo
omnia incurrimus pericula, quibus per extra-
em cupimus effugere.

(Culter corneae infixus ita debet dirigi, vt nec
m laedat, nec inter lamellas corneae penetret.
c in finem vero mihi conſilium, quod Ill. Rich-
s dedit, vt cultellus directe contra iridem infi-
, nec rigide ad verbum interpretandum nec ita
quendum eſſe videtur: dubito enim fore, vt ita
um cultellum repente poſſis vertere, ſalua iride.

1. cit. Vol. III.

Cl. Pellier docet, inciſionem nimis exiguam dilatandam eſſe cultello, anguſta lamina tereti hebeti-que apice praedito: grauiſſimis vero argumentis Ill. Richtervs [1]) illud conſilium refutauit.

Quam perniciofa ſit obſoleta illa encheireſis, qua capſula. aucta oculi preſſione, violenter disrumpeba-tur, per ſe ſatis patet: in hoc igitur omnes conueniunt, eam ſecando eſſe aperiendam.

In hunc finem vniuerſim vſus cyſtitomi Cl. la Faye conducit, quem tamen non, niſi in oculis valde inquietis atque irritabilibus, adhiberem. Cel. Wenzel et Pellier capſulam vulgari cultello ape-riunt, dum diſſecant corneam: quo autem modo id fieri ita poſſit, vt nihilominus humor aqueus, ante-quam opus eſt, non effluat, (id quod, ſi fiat, abſolu-tionem operationis difficillimam atque intutam red-dit) equidem me intelligere non poſſe, lubens fateor.

Ad extrahendam per pupillam cataractam, lentam ſub bulbo oculi preſſionem commendaui. Quidam cataractam paruulo cochleari excipiendam eſſe ſuadent, eam ob cauſſam, vt impediatur, quo minus preſſio ali-quid conferat ad prolapſum humoris vitrei. Huic conſilio fauet Ill. Fischeri [2]) teſtimonium, qui nul-lam inflammationem ſeſe obſeruaſſe contendit, ex quo cataractam exprimere deſierit illamque cochlearis op[e] extraxerit. Optarem equidem, hac methodo frequenti illa mala tolli aut praecaueri poſſe, quae conſequi ſo-lent: ſed ſperare vix audeo, qui ſaepe obſeruaui,

len-

1) Richter l. cit.

2) *Briefe aus Lyon*: in Richteri *Bibl. chir.*

te oculo expreſſa, pituita reſidua cochleari educe-
ür, multo frequentius inflammationes et ſympto-
ta aduerſa incidiſſe, quam cochleari non adhibito.
eter haec incommoda mihi difficilis videtur haec
thodus, quae plerumque ne quidem adhiberi pot-
, et ſaepius contuſionem et dilacerationem iridis
niciosſam procreat.

Etiam in ipſis extrahendis reſiduis particulis parce
leari vtendum eſt, cauendumque, ne nimis ſaepe
lo inferatur. Cel. Sharp [1]) capſulam ſimul cum
te extrahere ſuadet, Ill. Richtervs, [2]) vero in-
mmoda huius conſilii ſufficienter demonſtrauit.

Reſtat curatio morbi *poſt operationem*: quae vero
n ſe plerumque euentibus attemperet inter ope-
dum et poſtea accidentibus; non abs re videtur,
tim haecce exponere.

CVRATIO AEGRI POST OPERATIONEM.

Ante omnia monendum eſt, niſi acciderint euen-
aduerſi ſymptomata, curam aegri poſt operatio-
, quantum poteſt, ſimplicem eſſe debere, vtpote
e, quo ſimplicior, eo praeſtantior eſt.

Poſt depreſſionem non ſecus, ac poſt extractionem
i vterque oculus ſpleniis obtegendus eſt, ipſeque
r lecto decumbere debet.

 Poſt

Treatiſe on the operations of ſurgery, 1739.
l. cit. p. 352.

Poſt depreſſionem per quatuor dies, poſt extra-ctionem vero per octo dies, jure carnium, fructibus horaeis aut pro re nata pulte alendus eſt aegrotus, id quod eo facilius fieri ſolet, quo rarius euenit, vt fa-mes eum vrgeat: quod ſi tamen accideret, diaetam aliquo modo mutandam eſſe equidem cenſerem.

Praeſertim poſt extractionem ſemper opus eſſe videtur, (niſi graues contraindicationes obſtent,) vt ſanguis e vena mittatur ad prohibendam inflamma-tionem.

Oculum, cui extracta eſt cataracta, ante triduum non aperirem, niſi dolor aut alia ſymptomata grauia id poſtularent. A tertio inde die, quotidie vna vice, ſed caute, in cubiculo obſcuro oculum viſitarem, la-masque extergerem.

Octo poſt extractionem, quatuor poſt depreſſio-nem dies, ſenſim aegro plus cibi, eiusque ſolidioris praeberi poteſt: ita tamen, vt accurate obſeruetur diaeta antiphlogiſtica.

Dein ſenſim altius fulto capite cubare, interdum ſellae inſidere, et, interiectis aliquot diebus, lente cor-pus mouere eum juberem. Eodem tempore oculum primo per breuius, dein per longius tempus, tandem-que prorſus moleſtis faſciis liberarem vmbellamque viridem capiti imponerem arcendae aut mitigandae lu-cis cauſſa.

Plus minusue nocent omnia humida aliaue me-dicamina, oculo applicata, ſi ſymptomata nulla adſunt maligna: haec enim, ſi non ſemper nocent, nihil

m

en iuuant, quia plus perturbant aegrotum quam ſub-
..ant: immo WENZEL, IANIN et PELLIER contendunt,
oculi poſt operationem ſpleniis humidis obtegun-
r, inflammationem plerumque pertinaciorem atque
hementiorem conſequi. Nulla huius obiectionis
bita ratione frequentiſſime adhibentur huius gene-
medicamina.

Cel. BELL ſplenia aqua GOVLARDI humectata ap-
cat oculo. Cel. MVRSINNA tegit oculum ſpleniis
ritu camphorae, extracto ſaturni et aqua fontana
idefactis: Cel. ACREL adplicat ſplenia aqua fontana
ſpiritu vini imbuta, interneque exhibet eccoproti-
: Cl. VOGEL commendat externe collyrium ex aqua
..arum vnciis ſex, aquae hungaricae, extracti ſaturni
a drachmis ſex, et nitri depurati granis quindecim,
erne vero eccoprotica et opium, ſi aeger tranquille
rmire nequit.

Cel. SOMMER jubet, vt oculo imponatur linteum
iue, idque firmetur faſcia ex duplici linteo confecta,
ae trium digitorum latitudinem aequare et duabus
ruis ſubtilibus ſpongiis marinis inſtructa eſſe debet.
is ſpongias aliquanto maiores eſſe vult oculo et ro-
ndas, atque ita comparatas, vt medio inſit ſinus
nuexitati oculorum recipiendae idoneus. Ipſi linteo
eſſe debet foramen exiguum quadrangulare, ad irri-
ndas ſpongias, vt preſſio ſit aequalis et oculus ſem-
r humidus teneatur. Incongruum videtur eſſe quo-
ndam conſilium, qui cataplaſma e pomis toſtis, flo-
bus ſambuci et mica panis albi imponendum do-
nt.

Statim poſt operationem Cl. de Witt veſicatorium applicari ceruici jubet.

Cl. Beer poſt operationem palpebras conglutinat emplaſtro adhaeſiuo anglico, et tum demum oculis ſplenia imponit. Hoc ſaepius tentatum vidi, numquam tamen, quin emplaſtra lacrymis irrigata ab oculo ſolverentur. Dubito, Cl. Demours,[1]) qui formam gypſeam oculo imponit, imitatorem vnquam habuiſſe.

Etiam de tempore aperiendorum poſt operationem oculorum non omnes inter ſe conueniunt.

Wenzel, Acrel, Mohrenheim, Hellmann poſt quatriduum oculum jubent aperiri, et ab eo tempore quotidie examinari, atque immunditiis liberari. Cl. Beer quinto demum die aperiendum cenſet, ſed poſtea quotidie per aliquot horas apertum ſeruandum. Ill. Richter ſuadet oculum clauſum linquere ad octauum vſque diem, Cel. Ianin ad quindecimum.

Ex hisce patet, quemque pro arbitrio ſuo agere et parum conferre ad proſperum operationis ſucceſſum, num paullo ſerius ocyusue palpebrae aperiantur. Tamen vero contra vtramque horum virorum methodum aliqua monenda eſſe videntur. Cum Cl. Beer jam poſt quintum diem oculum arbitratur per aliquot horas ſingulis diebus apertum eſſe tenendum, non ſatis mihi videtur perpendiſſe, vulnus corneae interea nondum potuiſſe in cicatricem coire, et oculum tam matura intentione et niſu periclitari. Quis enim aegrum prohibebit, quo minus ſucceſſum operatio-

ni

1) Vid. *Journ. de Méd.* Janvier, 1761.

omni modo experiatur? Sed etiam, oculos tam-
u clauſos tenere, nocet. Inflammatio et debilitas
uli inde augetur, lacrymae acres ſuboriuntur, aeger-
e nonniſi cùm dolore lucem oculo recipit, id quod
rurgo et aegro multum laboris afferre poteſt, immo
pe longum tempus requirit, antequam mala inde
ıta tolli poſſint. — Puellae curam ſuſcepi vnum de
ginti annos natae: huic, poſt operationem in vtroque
ılo factam, propter debilem atque cachecticam cor-
ris conſtitutionem oculos per decem dies clauſos ſer-
ui. Cum illos aperirem, moleſtam inde oriri ſen-
ionem et lucis auerſationem animaduerti. Haec
erſatio lucis juncta ſummis doloribus, absque ta-
en oculorum inflammatione, per duos menſes perſe-
rauit, etſi idonea remedia adhiberem, et demum
ntimo interno externoque hyoscyami albi vſu ſub-
ta eſt. Nollem equidem aſſerere, hocce incommo-
ım ſolummodo ab oculo tamdiu clauſo ligatoque
iginem duxiſſe, quia fortaſſis cachectica corporis
nſtitutio non parum in culpa fuit. Ex hisce tamen
nnibus patebit, quaenam ſit ratio, cur quotidie ocu-
s aperiri et inde ab octauo die ſenſim ſpleniis libe-
ri velim.

Oculus ſi aperitur, ab omni etiam immunditie
teſt liberari, quippe quae, cum indureſcit, non raro
gri quietem turbat, forte etiam dolorem ei atque
ıflammationem procreat.

Plerique inter chirurgos interdicunt aegro per
tiduum, et diutius adhuc, omne aliud nutrimentum,
raeter decoctum alicae auenaceae vel hordei, ne ſto-
ıachus atque inteſtina onerentur,

 Ipſe

Ipſe Ivzeler aegros huic diaetae ſubmiſit. Idonea videtur haec, ſi ſordes in primis viis ineſſe perſuaſus es, aut times: vel ſi aeger cibos non valde appetit. Si contraria locum habent, leues vegetabiles cibos ſine adipe paratos aegro praebere non dubitauerim, bene perſuaſus, inediam et inde ortam moleſtam ſenſationem omnino plus nocere quam prodeſſe.

Notum eſt, poſt operationem viſum propter jacturam lentis cryſtallinae debilitari: ad illam igitur compenſandam et quaſi ſupplendam conuexa adhibentur vitra, quibus aegro priſtinum viſus acumen reuocatur.

Illis autem tum demum vtendum eſt, cum oculus jam plane luci aërique aſſueuit priſtinamque ſanitatem recuperaurit. Ab hac lege, ſi diſcedas, fieri poteſt, vt, qui conualuit, nimis mature legendo ſcribendoue oculos intendat, eosque jam fere ſanos adeo infeſtet, vt debilitas oculorum per totam vitam inde ſequatur.

Expoſitis quae ad curationem aegri poſt operationem, ſi omnia nempe ex voto ſucceſſerint, ſpectare videntur; jam de malo etiam euentu agendum eſt, qui hanc operationem haud raro ſequitur. Qua in re vt ordinem ſequar, inchoandum mihi eſt ab iis ſymptomatibus, quae inter operandum accidere et operationem ipſamque curationem difficiliorem reddere poſſunt.

INCOM-

INCOMMODA INTER DEPRESSIONEM ET POST ILLAM ACCEDENTIA.

Difficultates caſusque aduerſos, quibuscum colluctandum eſt chirurgo, ſilentio transmittens, ſymptoata modo deſcribam, eaque grauiora, quae ipſi vio verti, aut tribui nequeunt, ſed operationi ipſi et bus inde pendentibus imputandae ſunt.

Fieri poteſt, vt, etiamſi omnem dexteritatem adibeas, dum lentem acu in oculum demerſa deprimas, ns ſoluta anteriorem oculi cameram petat: quo in aſu depreſſio vlterius inſtitui nequit, ſed extractio er corneam ope cultelli neceſſaria ſit.

Si cataracta depreſſa denuo aſſurgit, idque iteratis icibus, nulla tamen, quod ſcias, adhaeſionis culpa; b operatione etiam eſt deſiſtendum: tunc vero, cum atus aegri oculique id permittit, paullo poſtea extratio eſt inſtituenda.

Lens demum diu poſt depreſſionem rurſus aſcendere poteſt. Tum repetitae depreſſioni vtilitatem quidem denegare nollem, ſed praeferrem extractionem, quae in hoc caſu tutiſſimum mihi, et, vt ita dicam, praeſentiſſimum videtur eſſe remedium. Scio equidem, cl. Warner, intra quatuordecim dies, quinquies iteraſſe operationem, fauſto tandem ſucceſſu ornatam: mihi vero patientiae in aegro tantae, tantaeque in chirurgo audaciae hic locus non eſſe videtur.

Rarius

Rarius quidem, ſed tamen optato ſaepius, cataracta ſecundaria ſuccedit ſerius ocyus, quam et ipſam operando aggredi equidem non dubitarem. Si vero depreſſionem non admittat, neque e re ſit extractionem experiri; operam darem, vt acu eam transfigerem et dilacerarem.

Sanguis inter operationem ſaepeque poſt illam effuſus, aut a coniunctiua, choroidea, vueaque oritur, aut a vaſculis proceſſuum ciliarium, chirurgumque plus minusue in abſoluenda feliciter operatione turbat. Si e. gr. proceſſibus ciliaribus laeſis, ſanguis ſtatim in anteriorem aut poſteriorem oculi cameram effunditur, oculus ita obtenebratur, vt chirurgo ſuae rei incerto meraque fortuna ducto operatio abſoluenda ſit.

Difficulter ſine dubio, et periculoſe res peragitur. Si ſanguinis fluxus eſt largus, acum oculo educere ſuaderem, et per inciſam corneam ſanguine ſimul et humore aqueo oculum euacuare, et quantum poteris inflammationem praecauere.

Subnaſcitur ſaepe in loco, cui infixa erat acus, parua et veluti ſpongioſa excreſcentia: tunc adſtringentia et detergentia ſunt adhibenda.

Amauroſeos origo non raro depreſſioni antecedenti tribuenda eſt. Quod Cl. Beer ſuadet, concuſſione capitis ſitum cataractae depreſſae mutare et guttae ſerenae hoc modo cauſſam tollere, ſaepe quidem poteſt bene ſuccedere: ſed dubito fore, vt per ſolam capitis commotionem lens e ſede ſua exeat, mihique potius perſuadeo, cataractam, ſi grandior eſt, quocumque modo mouea-

oueatur, malum effectum producere. Tutius eſſe detur, vt ſolutionem lentis ſpontaneam, quae ſaepe ſeruata fuit, in eiusmodi caſu exſpectes.

Non raro nec ſine periculo poſt operationem vomitu vexatur aeger: hoc operationi et ipſi cataractae buo neruos oculi irritanti ſtomachumque ſympathece commouenti. Sedatur hic vomitus facile anodyis et narcoticis: ſaepe vero accidit, vt cataracta motu olento ſtomachi et corporis e ſede ſua dimota reſiliat iſtinumque locum occupet.

Cum ſupra mihi de aegri cura poſt depreſſionem rmo erat, ſitus eius atque diaetae eandem rationem bendam eſſe, eamdemque curam, ac in iis, quibus taracta extracta eſt, dixi. Ceterum aegris, quibus preſſa cataracta eſt, nonnulli permittunt, vt libere cumire, ſtare, ſedere pro lubitu poſſint: ſed equim credo, ſi in lecto retinentur, caueri poſſe, ne ſine riculo antrorſum aut aliorſum moueantur, id quod apedire non poteris, ſi illis lecto ſurgere liceat.

NCOMMODA, QVAE INTER EXTRACTIONEM ET POST ILLAM ACCIDERE POSSVNT.

Laeſio iridis ſub inciſione corneae a chirurgo fale euitatur, ſi eas obſeruat regulas, quas ſupra expoi. Quodſi tamen hoc accidat, oritur duplex quaſi pilla, quae, pro ſitu locoque vulneris, plus miusue viſum turbat.

Inter

Inter diuerſa genera illius cataractae, quae non adhaeret, ea, quae mollis et caſeoſa eſt, peioris notae eſſe ſolet: tum quia plerumque grandis eſt et pupillam valde extendit, dum per illam transit: tum quia ſaepius, antequam ex oculo exeat, in fruſtula diſſilit, et fruſtatim parui cochlearis ope educenda eſt. Quod ſi neutrum horum euenit, ita, vt cataracta, grandis et dura, nec exeat, nec in fruſta diſſiliat; incidenda eſt ſubtilis forficis ope iris, et quidem ita, vt ſectio a pupilla ſecundum fibrillas longitudinales iridis verſus ſcleroticam ducatur. Dilatata eo modo pupilla cataracta facile educitur: vulnus autem iridis facile coaleſcit, nullo alio incommodo remanente, niſi illo fortaſſe, quod pupilla oualem figuram induat.

Saepe propter irritabilitatem nimiam oculorum, acum, cyſtitomum, aut quodcumque aliud inſtrumentum denuo ad aperiendam capſulam oculo inferre, fere impoſſibile eſt. Tunc oculus per breue tempus quieſcere debet, donec nimia illa irritabilitas euanuerit, quae plerumque ſponte ceſſat.

Si, capſula aperta, cataracta ſine vlla preſſione ſubito proſilit; de ſucceſſu proſpero parum eſt quod ſperes, etiamſi humor vitreus non ſequatur. Fere ſemper enim id ſignum eſt debilitatis partium oculi ſolidarum et ſolutionis humoris vitrei.

Id aliquoties obſeruauit b. Ivzeler, qui numquam non aegrum poſt operationem coecum manere expertus eſt. Si vero, diſſecta rite capſula, in oculo remanet, pupilla autem admodum ſe contrahit propter irritationem (id quod in cataracta dura rarum

non

m eſt); inciſionem forfice, vt ſupra expoſui, ſecun-
m fibras longitudinales iridis ducere ne dubites.

Licet omnem attentionem adhibeas, fit tamen in-
dum, vt prolapſus vitrei humoris accidat, vel inter-
erandum, vel poſtea.

Inter operandum a preſſione adhibita ad expellen-
n ex oculo lentem, et a conuulſione muſculorum
li oriri poteſt, ſaepe etiam a diſſolutione eius prae-
naturali, ſaepe ſine vlla cauſſa euidentiori.

Frequentiores huius profluxus *poſt operationem*
nt cauſſae: ſi faſcia inaequaliter aut fortiter adſtri-
oculum premit, aut ſi aeger inquietus eſt, digitos
aute palpebris admouet, antrorſum ſeſe mouet, aut
ne in lecto jacet, vel ſi oculi incaute aperiuntur,
ſi aeger ad aluum exonerandam nimis nititur.
ıs etiam, ira, terrore, aliaue animi perturbatione
nmota, in culpa eſſe poteſt.

Non omnia quidem conſilia ad prolapſum illum
ecauendum data reiicio: videtur tamen, mihi prae-
ſummam ſolertiam, parum a chirurgo praeſtari
ſe. Si vero, quod Cl. Poyet ſuadet, ſub opera-
ne aegrum ſupinum collocare non vis; tamen non-
il conducit, ſi caput eius ita diſponas, vt retror-
n reclinetur.

Cel. Wenzelii methodum, qua cornea a ſuperiori
rſum diſſecatur, pro varia oculorum ratione, non
tilem eſſe, ſupra dixi.

Vitrei autem corporis prolapſus, niſi maxima
s pars exeat, nihil nocet, et plerumque ea jactura
paruo

paruo tempore reſtituitur. Cel. Richter, Mohrl
heim et Wenzel modicum effluxum plane non noce
docent. Idem b. Ivzeler animaduertit, immo a m
dico prolapſu viſum acriorem reddi obſeruauit. I
nonnullis caſibus etiam maiorem humoris vitrei j
cturam accidiſſe vidit, ſine vllo detrimento. Extrax
cataractam viro praenobili Bernenſi cuidam. Catar
cta ex oculo educta, prolapſa eſt magna pars corpor
vitrei, ita, vt oculus collaberetur moleque ſua dim
nueretur. Adhibita eſt poſt operationem methodu
ſupra laudata: tertio deinde die apertus oculus cla
vidit: humor erat compenſatus, oculus repletus. I
tamen notatu dignum eſt, aegrotum poſt operatione
quae candida erant, candidiora vidiſſe. Qua ratio
hoc amiſſa humoris vitrei maiore parte fieri potueri
explicare nequeo; illam tamen jacturam in cauſſa fuiſ
mihi perſuadeo, tum quia aeger valetudine proſpe
vtebatur, nec vlla alia mala ſymptomata obſeruaba
tur, tum quia ipſe ſtatim poſt operationem, antequa
ſplenia admouerentur, hoc ſibi accidere impenſe m
ratus obſeruaret.

Aliud mihi in mentem venit exemplum ruſtic
cui educta lente vitreus humor diſſolutus ea vberta
atque copia effluxit, vt oculus collaberetur et b. Ivz
ler per vulnus in ipſum oculi fundum inſpice
poſſet.

Alius adhuc operationis, in juuene ruſtico perac
cui cataracta erat adhaerens, ipſe teſtis fui. Membr
nacea erat cataracta, ita firmiter adhaerens, vt non ni
integra horae quarta parte labore continuo catarac
educi poſſet. Inter haec humor vitreus ſenſim i

effl

ıxerat, vt oculus collaberetur: octiduo poſt oculus
ıam magnitudinem recuperauit, aegerque clare
t, nec vllum moleſtum ſymptoma acceſſit.

Si aliquot dies poſt operationem hydatis per vul-
egreditur, prolapſus membranae aquei humoris
hydatis illa ſecanda eſt.

Si pars vitrei humoris inter operandum promi-
ſibi relinquenda nec forfice reſecanda eſt: ſi vero
ıaduertis eam mox prolapſuram eſſe, palpebrae
ıtocyus claudendae ſunt.

Si ſub operatione ſectio nimis prope ad margi-
corneae ducta eſt, aut ſi poſt operationem aeger
ıtat, tuſſit, vomit; facile iris per vulnus corneae
ıbitur, illudque quominus coaleſcat, impedit. Si
ter operandum contingit, ſaepe cochleari reduci-
quod ſi id fieri non poteſt, aut ſi poſt operatio-
id contingit, iris, quando aegro ſurgere licet,
cillo eſt illinienda butyro antimonii liquido: [*])
oculus lacte eſt lauandus. Quod ſi aliquoties re-
ur, prolapſa iris ſe retrahit, et vulnus ſanatur,
vllo alio incommodo.

Si caute, neque nimis, adhibeatur butyrum an-
nii, inflammatio non augetur, neque aliquid mali
itur.

Lente

[*] CONRADI *Bemerk. über einige Gegenſt. der Ausz. d. gr. Staars*, Lipſ. 1791. p. 44. hoc in caſu vſum ſolutionis ex lumine et extracto ſaturni compoſitum cum tinctura hebaica mixtum butyro antimonii anteponendum eſſe redit.

F

Lente ex oculo educta, caue facias experimenta circ
viſum aegroti: oculus enim per eiusmodi experiment
irritatur, fatigatur, debilitatur atque inflammationi
periculum ſubit. Si oculus ceterum clarus eſt, ex e
experimento ad ſtatum oculi nihil concludi poteſt, cun
ſaepius aegri ſtatim poſt operationem nihil videant
ſaluo tamen oculo: contra, qui poſt operationem clar
vident, ſerius caſu aut curationis culpa viſum pro
ſus amittere poſſunt.

Operationem apud multos laſſitudo et debilita
ſequitur corporis, ſaepe et animi. Quid enim? moeſ
ſunt et de ſucceſſu operationis, ſecundis etiam om
nibus, abſolute ſolliciti. Tum animum excitare a
que exhilarare debet chirurgus.

Neque ſemper immunes a vomitu ſunt aegroti
rarior tamen is eſſe ſolet poſt extractionem, quan
poſt depreſſionem, et opio facile ſedatur. Crebriu
accidit obſtructio alui: tum vero leuanda eſt aluu
clysmatibus et eccoproticis.

Motus quoque ſpasmodici non rari ſunt, ad quo
pertinent horror, ſpasmodici oculi motus, phantasmat
viſui obuerſantia, tremor palpebrarum, conuulſiu
bulbi conſtrictio rel.

Haec praecauenda ſunt quantocyus, cum pl
minusue periculi inferant, pediluuiis, opiatis,
emollientibus et anodynis enematibus. Si malum t
pice in oculo reſidet, externe eiusdem generis collyr
adhiberi poſſunt.

Si poſt operationem ſymptomata febrilia et in-
mmatoria obſeruantur, inſtituenda eſt venae ſectio:
n adhibeas antiphlogiſtica interne, externe vero
uam GOULARDI.

Saepe vero nulla chirurgi ſollertia impedire pot-
, quo minus in oculo chemoſis, eaque interdum
uo tempore e. gr. altero die, oriatur. Tunc con-
ctiuam diſcinde et palpebris ipſique coniunctiuae
udines admoue, et ſplenia aqua GOULARDI hume-
ta applica. [1]) Saepe oculum hisce remediis adhi-
is ſeruare poſſumus: nonnumquam vero ſuppura-
increſcit, licet illum tractandi modum per biduum
duumue continuaueris. Tum omnis medicina ſera
is eſt, et conclamatum eſt de viſu.

Subinde obſeruabis poſt operationem ſymptomata
oſa, quae inflammationem oculi facile gignunt.
m purgantia adhibeantur opus eſt.

Haec vero ſymptomata probe ſunt diſtinguenda
illis, quae ab irritatione oriuntur, et extracto the-
co lenienda ſunt. Capitis dolor, qui primis poſt
erationem noctibus interdum oritur, mali plerum-
eſt ominis: aut enim jam mala ſymptomata in
lo adſunt, aut dolor redit manetque non ſine variis
s incommodis accedentibus. Tunc opus eſt, vt im-
diate imponatur veſicatorium ceruici et applicen-
ſinapismi plantis pedum.

F 2 Malum

) Sectionem arteriae temporalis ſuadet BORTHWICK in *Trea-
tiſe upon the extraction of the cryſtalline lens.* Edinburgh,
1775.

Malum eſt omen, ſi, primis poſt operationem diebus, materia ex albo ſubflaua ſpleniis adhaerens invenitur, etſi oculus adhucdum clarus eſt. Semper id notauit b. Ivzeler, cum euentus aduerſus, nunquam ſi proſper euentus ſequebatur operationem. Nec, obſeruante b. Ivzeler bonum ſignum eſt, ſi ſanguis ex oculo poſt operationem effluit, quippe qui e varicoſis vaſculis oritur.

Suppurationem et calloſitatem marginum vulneris corneae, ac nebuloſum corneae colorem, vnguenti ex mercurio praecipitato rubro ac vitriolo albo et butyro compoſiti ope, facile tolli poſſe, experientia edoctus ſtatuo.

Si curatio eo vsque bene ſucceſſit, vt aegro permitti poſſit, vt corpus moueat oculumque aperiat; ſenſim ſenſimque ad priſtinam diaetam ipſi redire licet.

Silentio praetereo internos epidemicos, endemicos et ſporadicos morbos, quibus aeger poſt operationem durante ipſa oculi curatione adfici poteſt. Sufficiat, breuibus addere, hosce morbos plus minusue ad excitanda et promouenda illa mala ſymptomata, de quibus ſupra ſermo fuit, conferre poſſe, ſuisque remediis tollendos eſſe. Ceterum hi poſt depreſſionem non ſecus, ac poſt extractionem, locum habent.

INCOM-

INCOMMODA DEPRESSIONIS.

Varie diſputatum eſt inter chirurgos, num de-preſſioni cataractae praeferenda ſit extractio, vel poſt-ponenda? Tot ſane vtriusque ſententiae argumenta in medium prolata ſunt, vt omnia fere exhauſta et ad nguem demonſtrata eſſe videantur. Sed ſi cuncta ad nentem reuoco, vix temperare mihi poſſum, quin icam cum bono TERENTIO

„Multum ſciendo factum, vt nihil ſciam.“

Vtriusque comparationem ſi ita inſtituas, vt vtram-ue nonniſi e copia et celebritate defenſorum atque ad-erſariorum aeſtimes; profecto nunquam rem expe-es. Ex vtraque enim parte, qui maxima laude in iirurgicis pollent, viros ſtare quis eſt qui ignoret?

In tanto vero peritiſſimorum Chirurgorum diſ-nſu nemo ſane id vitio vertet juueni et in arte ſua :oni, ſi ſententiam ſuam timide ac verecunde pro-rat, nec arbitrium ſuum interponere aut hac in re ıaſi pronunciare velit: praeſertim cum argumentum ud, de quo agitur, egregie et copioſe explicatum m fuerit a viro [1]) doctiſſimo expertiſſimoque, quem aematura morte ereptum eſſe omnes boni mecum gent.

Subſiſtam igitur in eo, vt, quae ex obſeruationi-s beati Inſtitutoris ſequi videntur, cum ſententiis orum conferam, regulasque inde deſumam, ad quas

 judi-

[1]) BRVNNER *Diſſ. de cator.* Goetting. 1787.

judicium meum de vtraque methodo dirigatur. Hisce vero b. Praeceptoris obſeruatis, cum ſententiis aliorum hac in re peritiſſimorum virorum collatis, adductus, a ſupra laudato b. Brvnnero diſſentire equidem non dubito.

Incommoda primum vtriusque methodi ſeparatim exponam, eum in finem, vt ea, quibus altera methodus in his illisue alteram antecellat, accurate noſcantur: deinde disquirere ſtudebo, num vniuerſim alterutra methodus aptior ſit in caſibus plurimis, atque magis commoda aut ſecura, adeoque digna eſſe videatur, quae alteri anteponatur.

Incipio a *depreſſione.* Ea inde ab origine ſua non multas ſubiit vices atque mutationes: omnes chirurgi illam exercebant vno fere modo illaque contenti eſſe videbantur. Tandem vero cl. ſupra laudatus Willbvrg primus lentis inuerſionem commendauit, illique id debet depreſſio, vt jam certamen ingredi cum extractione poſſit. Itaque in recenſendis depreſſionis incommodis nunquam conſuetudinis illius priſcae, lentem ſcilicet rectam ſine inuerſione deprimendi, rationem habebo, ſed methodi tantummodo Willbvrgianae, quam equidem priſcae illi longe praeferri debere ſtrenue contendo,

In recenſendis incommodis depreſſionis tum illa momenta ſunt ſpectanda, quae ante operationem, tum quae inter operandum, tum quae poſtea accidant.

Veteres exſpectandam eſſe maturitatem cataractae, antequam deprimeretur, opinabantur. Perſua-

uadebant enim ſibi, cataractam incipientem eſſe mol-
em et liquidam, eamque lapſu demum temporis indu-
eſcere. Optarem quidem, vt nulli cataractae neque
cum neque cultrum admouerent chirurgi, niſi ante
egrotus viſu penitus fuerit orbatus: ſed, ſi rem per
e conſideras, quouis tempore cataracta deprimi aut
xtrahi poteſt, cum cataractae aetas ad duritiem nihil
onferat, et cataracta per omnes morbi periodos dura,
nollis et liquida eſſe poſſit.

Hoc errore, in quo non ſolum plurimi veterum
hirurgorum, ſed etiam multi recentiores verſati ſunt,
uoque noſtris adhuc temporibus magna pars illorum
mbuta eſt, ſaepe factum eſſe videtur, vt plures ho-
nines, cataracta affecti, triſti ſuae et iniquae ſorti fue-
int relicti, quibus facile viſus reddi potuiſſet. Hinc
nultum intereſt, vt penitus tollatur et quaſi exſtirpe-
ur falſa illa et pernicioſa ſane opinio.

Vt penetret ad lentem deprimendam acus, ne-
eſſario omnes membranae oculi ſunt perforandae. Ex
ommuni ſententia et experientia eorum, qui in de-
rimenda cataracta verſantur, patere quidem videtur,
unctionem illam plerumque ſine vllo malo inſequente
erfici, ac, etiamſi iterata fuerit operatio bis terque,
ulnusculum bene coaleſcere: tamen vero laeſio re-
inae et proceſſuum ciliarium (quae ſaepe, etſi non
emper, a chirurgo peritia et dexteritate ſumma prae-
ito euitari poteſt) multorum malorum fons et cauſſa
ſſe videtur. Hinc ſaepius poſt operationem oriuntur
paſmodici motus oculi, inflammatio, dolor, effuſio
anguinis, quam ſaepe ſequitur hypopyum. Qui euen-

tus mali omnes facilem ceterum operationem periculoſam intutamque reddunt.

Non vero ſemper mali quid timeas, ſi inter operandum de dolore maiore aut minore conqueratur aeger. Ante annum fere et quod excedit b. Ivzeler quaedam hac de re obſeruauit, quae ſilentio praeterire nequeo.

Iuuenis viginti annorum vtroque oculo cataracta laborabat, quam deprimendam, non vero extrahendam eſſe, propter malum aegri oculorumque ſtatum vir cl judicauerat. Depreſſa primo dextri oculi cataracta aeger, ab eo inde momento, quo acus oculo fuerat immiſſa, ſe voluptatem inſolitam, qualem per totam vitam nunquam perceperit, ſenſiſſe referebat. Statim ſiniſtro oculo acus immittebatur: quae cum oculum intrauerat, aeger dolorem vehementiſſimum percipiebat, et poſt operationem etiam de operatione tam diverſa ratione inſtituta querebatur. Nihilominus Cl. Ivzeler nec in oculo ipſo differentiam animaduertit, nec aliam in vtraque methodum adhibuit. Depreſſio vtriusque ita ſucceſſit, vt aeger poſt aliquot dies bene et pari claritate in vtroque oculo videret. Adhucdum bene ſeſe habet, viſuque reddito gaudet.

Defenſores depreſſionis demonſtraturi, quam tuta ſit acus punctio, rationem afferre ſolent, quae contra ipſam eorum cauſſam agere videtur. Dicunt nempe, eos qui cauſſam extractionis defendunt, pungente vti inſtrumento, quo oculum in extrahendo figant atque ſiſtant. [1]) Sed illa inſtrumenta non tam profunde penetrant

1) Brvnner l. cit. p. 27.

etrant, quam acus, et exterioribus tantummodo membranis inſiguntur: ipſa haec inſtrumenta non ab omnibus, qui cataractae extractionem exercent, adhibentur, ſed a plerisque jure meritoque reiiciuntur.

Non multum temporis abiit, ex quo mulieris ruſticae exemplo comprobatum vidi, quam noxii ſint illi ſic dicti ſtatores oculorum. — Propter mobilitatem oculorum, (qui ambo in hac muliere cataracta affecti erant) conſultum videbatur Cl. IVZELER, eos inter operandum inſtrumento tenere ac ſiſtere.

Hunc in finem vſus eſt inſtrumento Cl. DEMOURS, de quo ſupra jam dixi. In vtroque oculo vulnus factum eſt, et bene vidit aegra, ſed continua fere inflammatione, in eo loco vbi infixum eſt inſtrumentum, oculi laborarunt, ita, vt aegra nonniſi poſt quatuor menſes in lucidioribus locis oculos aperire potuerit.

Tandem fit interdum, vt in loco punctionis carnoſae quaſi poſt operationem excreſcentiae notentur, quae plus minusue aegrum afficiunt.

Quomodo illis mederi chirurgum oporteat, ſupra iam monui: omnino tamen perſuaſus ſum, eas magni momenti eſſe poſſe, niſi ſtatim apta remedia adhibeantur.

Iam ſi, prima in oculo punctione facta, acus in interiora penetrauit, curae ſit tibi, ne vuea laedatur, dum acum anteriori lentis parti applicare ſtudes.

Praeſertim difficile eſt, hanc laeſionem vueae euitare, ſi cataracta magna eſt, id quod plerumque locum

 habet

habet in cataracta liquida aut molli, quae irid propius accedit, aut illi accumbit. Huic anguſto in teruallo inter lentem magnam tenuemque vuear difficile eſt, ſalua vuea, interſerere inſtrumentum acu tum et anceps, praeſertim, cum etiam cura habend ſit, ne lens tangatur et antequam acus opportun loco conſederit, praemature loco ſuo moueatur. Ob iiciunt quidem depreſſionis defenſores, hanc laeſionem locum habere non poſſe, oculo acus ope firmato, et re tento. Etſi vero fateor, oculum acu teneri et ſiſti, acu tamen nunquam ea directione protrudi poteſt, vt ho rizontaliter penetrare queat inter lentem et vueam quae ſibi prope adiacent, ita, vt illud inſtrumentum ſecans ac pungens ne quidem acumine ſuo antrorſum vergente alterutram laedat. Itaque in lente maiori e protuberante, ſumma etiam dexteritas et cautiſſim manus illud incommodum non ſemper euitare poteſ

Iam lens depreſſa ſi verſus retinam et choroidean protruditur, facile dolor oritur et inflammatio, et e his ſequitur alia malorum ſeries. Scio, id ſaepiſſim chirurgi imperitiae eſſe tribuendum: ſed idem mih perſuadeo, a peritiſſimo chirurgo non ſemper id eu tari poſſe.

Eſt, vbi pro arbitrio in oculo aegri agere omnin non liceat, e. gr. in cataracta adhaerente, cum eode tempore rationes adſint, quae depreſſionem poſcant

Ita, ſeni ſeptuaginta ſex annorum nato, propt exiguitatem oculorum acum admouit b. IVZELL Habebat duas cataractas, alteram depreſſu facilem, a teram retrorſum hyaloideae adhaerentem.

H

Haec ſummo labore ſoluebatur, et ſitum depreſ-
ioni importunum obtinuit, ita, vt cataracta non tota
onſpici poſſet, timorque adeſſet, ne per pupillam in ocu-
i cameram anteriorem prolaberetur. Poſt operationem
ataracta, propter humorem vitreum forte ſolutum,
pparebat in fundo oculi: dolor oriebatur atque in-
lammatio inſequebatur, quibus tamen ſollerti cura
dhibita nihil mali ſubſecutum eſt. Ceſſarunt haec
ymptomata, ſimulac cataracta non amplius appareret,
um aut ſoluta, aut aliorſum conuerſa eſſet.

Talia multa adducere poſſem, quae aſſertioni
meae fauent: ſed in his ſubſiſtam vnumque illud addo,
non cuiuis tam felici eſſe licere, ſicuti huic aegro, a
quo tam proſpere illa mala remota ſunt.

Haec ſymptomata, ſi lens non ſoluitur, diu du-
ant, nec raro interiorem illam inflammationem ſup-
uratio ſequitur et viſus jactura.

Fac, chirurgum operationem ſumma dexteritate
et ſollertia abſoluiſſe, operationem vero ſequi vomi-
um, et (quod facile inde accidit) lentem loco mo-
veri et fortaſſe retinam premere: an etiam tunc chi-
urgum de imperitia accuſabis?

Sed obiiciunt, ſi vomitum motus lentis ſequatur,
euenire potius vt in altum ſurgat, quam vt firmius
retinae accedat.

Fateor, poſt vomitum nimis ſaepe, proh dolor!
obſeruari, lentem denuo in altum ſurgere: ſed phy-
ſica, quod ſciam, nulla eſt ratio, cur potius ſurſum
per maiorem humoris vitrei partem, quam deorſum

per

per minorem ad retinam tendat, cum impetus ab omni parte idem ſit, et lens ex pondere ſuo deſcendere et deorſum niti debeat. Ex hac cauſſa mihi perſuadeo, inflammationem, quae plerumque ſequitur vomitum, ſi cataracta non aſcendit, huic preſſioni lentis tribuendam eſſe.

Obſeruatur quoque interdum poſt depreſſionem, oriri amauroſin atque diuturnos dolores, plus minusue continuos, qui preſſioni lentis in retinae neruoſam ſubſtantiam merito adſcribuntur.

Illa mala reuera interdum ſequi, ne feruidiſſimus quidem depreſſionis defenſor infitias ibit. Eamdem vero cauſſam huic malo adſcribas, quae modo dictam inflammationem procreat: ſolum id diſcrimen adeſt, quod debilius in hoc caſu et in retinam ſolum agat.

Depreſſionis autem duplex exitus eſſe poteſt. Aut enim lens ſoluitur aegerque omnium illorum malorum nullum ſentit, quia cauſſa efficiens aeque e medio eſt ſublata, quam ſi lens per corneam educta fuerit. Aut non ſoluitur, et eodem loco per annos integros ſaepe per totam vitam remanet: tunc illa mala accidere poſſunt.

Inde perſpicuum eſt, lentem, quo durior ſit, eo minus ſolui, eoque magis tanquam heterogeneum corpus in teneram retinam agere, eamque, etſi non vehementer laedat, tamen illa, quae memoraui, producere mala.

Rar[...]

Raro malum illud ſtatim poſt operationem appa-
et; hinc videtur, lentem depreſſam vi ponderis ſen-
im ſubſidere et dein quaſi adhaerere retinae, id quod
ento viſus decremento probari videtur. Ipſe acerbus
xtractionis aduerſarius, Cel. Mohrenheim,[1]) amau-
oſin interdum poſt depreſſionem hisce ex cauſſis oriri
efert, id quod etiam experientia aliorum virorum
onfirmatum eſt.

Quem ſaepe nominaui, b. Ivzeler, e viginti octo
ataractis, ſpatio annorum octo depreſſis, ter amauroſin
riri vidit. Saepius adhuc ſine dubio ea obſeruare-
ur, ſi aeger poſt operationem dimiſſus chirurgum ad-
uc ſui ſtatus certiorem faceret, id quod rarius fieri
olet.

Alio quoque et quidem oppoſito modo, idem ac-
idere poſſe, Cel. Mohrenheim aliique obſeruarunt,
maurofin nempe, ſi lens mollis quidem ſed magna
uerit, operationem veluti e veſtigio ſequi, lente vero
nſim contracta aut ſoluta viſum reſtitui poſſe.

Sed rarius id accidit, et chirurgum plerumque
nperitiae ſuſpectum reddit. Saepiſſime operationem
quitur amauroſis, ſi cum lente capſula ſimul depri-
itur, quae membrana difficilius ſoluitur. Depreſ-
onis defenſores obiiciunt quidem, lentem cum ca-
ula depreſſam paulatim imminui et quaſi flacceſce-
.. [2])

Sed

1) *Beobacht.* B. 1.

2) Petit in Heisteri *Tract.* p. 52. Janin *Journ. de Méd.* T. 34. Lvdwig Diſſ. *de ſuff. per acum. cur.* Lipſ. 1783.

Sed haec ratio magis ſpecioſa eſt, quam vera Tum enim, ſi dura eſt, non magis quam ſine capſul flacceſceret, et mala illa eo ipſo non minus, imm multo citius ſubſequerentur. Ceterum hocce depreſ ſionis incommodum ita eſt euictum, vt rationum mea rum ſubſidiis non indigeat.

Praeter hanc membranarum laeſionem, corpu vitreum ſemper, partim acu, partim, et magis, lent diuiditur cellulaeque eius disrumpuntur.

Extractionis defenſores huic perturbationi et com mixtioni cum humore aqueo, quae inde oritur, mal multa ipſamque oculi ſuppurationem imputant. Mi ror autem, a multis hoc depreſſionis incommodum illi extractionis (ſcilicet prolapſui corporis vitrei) pa aeſtimari: videtur enim ſuppurationem poſt depreſſio nem interdum enaſcentem potius cuicumque alii cauſ ſae, quam huic perturbationi humoris vitrei, impu tari poſſe, quamuis ab hac omnem noxam abeſſe no audeam contendere, cum magna per illam mutati in oculo excitetur.

Maioris tamen momenti eſt prolapſus lentis inte operandum in anteriorem oculi cameram, quo vehe mentiſſimus dolor excitatur, vnde extractio neceſſari fit: haec vero, rebus ita comparatis, praeſertim in ca taracta dura, multis premitur difficultatibus.

Quod obſeruarunt Bell, Pott, et Gleize, col liqueſcere nempe lentem ita prolapſam, rarius e caſu tantummodo accidit: nec equidem, ſi mala ill qua

uae prolapſum illum e veſtigio ſequuntur, jam eue-
erint, perſuadere mihi poſſum, quod id expectari tibi
iceat, donec lens colliqueſcat.

Etiam, ſi aeger dolorem ſuſtinere et patientia vin-
ere tentet, oculus tamen facile damnum capere pot-
ſt, cuius rei Ill. Richter [1]) exemplum allegauit.

Si inter operandum capſula dilaceratur et catara-
a in fruſta diſſoluitur; illae particulae facile in ante-
orem oculi cameram prolabuntur: hae citius ſolui
oſſunt, quam cataracta integra, tamen vero interdum
ccidit, vt plus minusue mali excitent ideoque extra-
onis ope educendae ſint. Ad diſſolutionem earum
romouendam vitriolo albo a nonnullis commendato
i dubitarem, cum facile nocere, nec tamen ad ſoluen-
um lentem aliquid conducere poſſit.

Aliud depreſſionis incommodum eſt inciſio cor-
eae tunc neceſſaria, cum inter operandum ſanguis in
culi cameras effunditur. Hic quidem, ſi parcus
odo nec copioſus eſt, externis remediis discuti pot-
it: ſaepius autem tantum ſanguinis prodit, vt viſus
on debilitetur modo, ſed totus perire poſſit. Hinc
ius eſt, vt copia ſanguinis magna inciſionis ope eua-
uetur: quod ſi cuncteris, oculus inflammatur et ſup-
uratio ineuitabilis ſuccedit.

Venio jam ad incommodum longe grauiſſimum
ſaepiſſime obſeruatum, ad *reaſcenſionem cataractae.*
aec, antequam operatio ad illum perfectionis gradum,
ad

1) Richter *chir. Bibl.* B. 3. p. 572.

ad quem noſtris temporibus acceſſiſſe videtur, perue-
nerit, creberrime accidit, et depreſſionis pretium ita
imminuit, vt ad palliatiuas curationis methodos refe-
renda eſſet: nunc vero cum haec operatio longe per-
fectior ſit, inprimis ſi lentis inuerſio ſupra deſcripta
adhibetur, longe rarius accidit.

Iterari quidem depreſſio poteſt, ſi lens rurſus
aſcendit: ſed ſi prima vice lens aſcenderit, euentus
depreſſionis ſecundae nihilominus eſt dubius, nec cer-
tus eſſe poteris, fore, vt hac iterata depreſſione lens
in fundo oculi remaneat.

In extractione humor vitreus interdum plane ſo-
lutus apparet, quod antea obſeruari non poteſt. In
tali itaque oculo, ſi lentem deprimas, ſolutus humor
vitreus, pondere leuis, lentem premendo in fundo
detinere non poterit. Lens, ſi non ſtatim, certe tamen
motu paullo vehementiori accedente, ſurget et in oculo
agitabitur, atque depreſſio, quotiescunque repetita fue-
rit, irrita ſemper erit. Iterato periculo plerique ae-
groti ſe ſubducent, atque illud reformidabunt: alii
vero, remoti fortaſſe a perito medico, non libenter
ſumtus impendent, vt in breue modo tempus viſum
recuperent. Experientia b. Ivzeller edoctus ſcio,
ſaepe poſt depreſſionem fruſtula cataractae emergere,
quae viſum quidem non intercipiunt, ex parte tamen
impediunt, ita, vt aeger magno cum incommodo phan-
tasmata ante oculos volitantia aut inſecta ſibi videa-
tur conſpicere.

Saepius

Saepius quoque poſt operationem, eodem interdum die, ſubito vomitu aeger vexatur, qui inflammationem generat, et, quod peius eſt, lentem e fundo oculi ſurſum pellere poteſt.

Scriptores multi, Gleize praecipue, obſeruarunt, vomitum ſatis vehementem et diuturnum nullam tamen in ſitu lentis mutationem produxiſſe. Hoc quidem plane negare nolo: videtur tamen lentis aſcenſus ab illo vomitu facillime oriri poſſe.

Iam mihi omnia dixiſſe videor, quae depreſſioni potiſſimum vitio verti poſſunt: cetera momenta, quae aut aegrum poſt operationem ſollicitent, aut euentum dubium reddant atque ancipitem, partim nullius ſunt momenti, ſi rite curentur, partim rariora, nec depreſſioni ſoli propria ſunt, ideoque in comparanda vtraque methodo recenſenda non ſunt.

INCOMMODA EXTRACTIONIS.

Quae in extractione primum locum tenet, inciſio in corneam, ea a chirurgo exercitato et ſollerti ita inſtituitur, vt aeger doloris parum ſentiat, et vulnus cito et probe coeat, niſi humorum deprauatio aliaue vitia tam proſpero ſucceſſui obſint.

Depreſſionis defenſores extractionem de incommodo accuſant, cuius culpa chirurgo ſoli tribuenda eſt, nempe, obſcurationem et deformitatem corneae ſaepe inde oriri, quae aegrum viſu prohibeat. Sed inciſione rite et ex lege artis peracta, ſi euentus operationis ceterum ex voto ſuccedit, id nunquam obſeruabis. Tum enim vulnus plerumque ita ſanaetur, vt cicatrix vix animaduerti poſſit, nec viſu aegrotum prohibeat, quia e regione pupillae non eſt. Incommodum quidem magnum in eo conſiſtit, vt, abſoluto cultri vſu, aliud inſtrumentum oculo ſit inferendum, aperiendae capſulae cauſſa: ſed periti chirurgi dexteritas omnem noxam euitare poteſt. Certe in b. Ivzeleri obſeruationibus nihil tale memoriae proditum inueni, nec ipſe incommoda vnquam inde oriri vidi, quamuis id quidem obſeruauerim, quam ſit difficile in oculis irritabilibus inſtrumentum ad capſulam aperiundam oculo inferre, id quod in oculis ea irritabilitate non praeditis nullis difficultatibus premitur.

Etiam

Etiam capſulae diſciſſio facillima nec periculoſa eſt, ſi acus ope perficitur: ſed adhibito cyſtitomo periculum eſt, ne lens loco moueatur.

Si ſectio juſta magnitudine perficitur, et capſula disciſſa eſt, lens non aegre ex oculo exit, dummodo illius exitum, leuiter ſubtus premendo oculum, adiuues. Haec ipſa vero preſſio plerisque extractionis aduerſariis ita displicet, propter periculum, ne effluat humor vitreus, vt illam tamquam viſui exitioſam vbique accuſent. Sed jam ſupra oſtendi, nec ex jactura partis vitrei humoris, nec ex prolapſu iridis, quem etiam aduerſarii obiiciunt, multum timendum eſſe. Vitrei humoris aliqua jactura mox reſtituitur: prolapſus vero iridis bene reducitur, nulla omnino adhaeſio eius cum cornea oritur, nec, ſi aliquando orietur, viſui nocet.

Supra quoque dixi, nimiam dilatationem pupillae in cataracta magna, per inciſionem iridis facile euitari poſſe. Inaequalitas pupillae nihil nocet, quia per teretem aeque ac per rotundam pupillam lux in oculum cadit.

Coarctatio aut concretio ſeu phthiſis et ſynizeſis pupillae, toties ab aduerſariis obiecta, tam raro occurrit poſt extractionem, vt inter centum et quadraginta tres obſeruationes b. Ivzeleri nullam inuenerim. Ipſa quoque depreſſio huic malo obnoxia eſt, cum vuea laeditur.

Ad incommoda extractionis poſt operationem ac cidentia, quorum cauſſa nec chirurgo tribui debet nec ipſi quidem ſemper cognita eſt, cuiusque progreſ ſum non ſemper ſiſtere poteſt, pertinet *cataracta ſecun daria*, quae extractionem frequentius quam depreſſio nem ſequitur. Huc quoque pertinet inflammatio e quae eius veſtigia premit, repentina ſaepe, oculi ſup puratio.

Verum quidem eſt, chirurgum plerumque illan inflammationem praeuenire eiusque progreſſum no morari ſolum et retardare, ſed etiam ſiſtere poſſe ſunt tamen caſus, in quibus ne vnica quidem cauſſ eius inflammationis detegi queat, aliique, in quibu malum omnia remedia adhibita ſuperet.

Qua de re ſummo ſtudio opto, ſpero, expecto fore, vt peritiſſimi viri, qui extractionem catara ctae exercent, hanc operationis partem maiore perfe ctione ornare ſtudeant. Si et mihi contingat, vt ſym bolam aliquam huic rei in poſterum conferre poſſim valde laetabor.

VTRIVS-

VTRIVSQVE METHODI COMMODA ET COMPARATIO.

I. *Depreſſio.*

Laudes vtriusque methodi ex illis, quae modo dixi, colligi poſſunt: perſpicuum enim eſt, quae vtrique obiiciuntur, plerumque non principiis ſolidis atque ex ipſa re deſumtis, ſed ſola cuiusque experientia niti.

Specioſum quidem eſt commodum depreſſionis, expedita nempe facilitas, qua illa peragitur: ſed quanquam ad ipſam encheireſin minore animi attentione opus eſſe videatur, periculum tamen, ne interiores partes laedantur, maius eſt, quam in extractione, ideoque omnem ſollertiam omnino requirit.

Si ipſa operatio proſpere ceſſerit, euentus tamen, qui eam ſequi poſſunt, in vniuerſum conſiderati, non minoris ſunt momenti, quam euentus poſt extractionem. Ea ergo non eſt praeſtantia, vt extractionem antecellat.

Capſulae ſimul cum lente depreſſio palmam huic operationi prae extractione praebere videtur, quia hoc modo cataracta ſecundaria prohibetur. Sed capſula non ſemper deprimi poteſt, adeoque illud commodum non eſt vniuerſale, ſed particulare in cataracta huius illiusue generis. Iniuſte quoque fautores

 depreſ-

depreſſionis agunt, ſi illius commoda non laudare ſ
poſſe credant, ſine detrectatione alterius methodi, ita
vt quam ſalubris ſit depreſſio capſulae, non aliter ma
nifeſtari poſſe ipſis videatur, niſi ſimul noxam capſu
lae remanentis quoquomodo vanisque obiectionibu
oſtenderint.

In oculorum viuido motu et magna irritabilitat
id etiam laudi cedit depreſſioni, quod vno inſtrumen
to operatio peragatur, eodemque inſtrumento inte
operationem oculus ſiſtatur atque firmus teneatur.

Nec eam laudem derogabo depreſſioni, quod po
eam aegri plerumque melius videant quam poſt extra
ctionem. Ipſi quidem mihi defuit occaſio obſeruand
multos aegros eosque poſt peractam curationem hac d
re examinandi variosque ſucceſſus inter ſe inuicem
comparandi: ſed quam tulit ſententiam Ill. Richter
vir hisce in rebus peritiſſimus et experitiſſimus, ne
mea ſane laude egens, ea ſufficere mihi poſſe omnin
perſuaſus ſum, nec negauerim, cauſſam fortaſſis han
ſubeſſe, quod humor vitreus ſtatim locum depreſſa
lentis occupet. Fortaſſis etiam reſidua in extraction
capſula aciem viſus hebetare et imminuere interdun
poteſt: ſed id tamen tunc accidere videtur, quand
cataracta ſecundaria oritur.

Quod vero in extractione pelluciditas cornea
aeque ac pupillae vis ſe contrahendi facile pereat; ex
perientia non conſtat, atque, ſi forte eueniat, id ſo
imperitiae chirurgi tribuendum eſt.

II. E

II. *Extractio.*

Hanc jam primo obtutu id commendat, quod, um inuenta vix eſſet et rudis adhuc, immatura ac ericuloſa videretur, celeberrimi tamen et peritiſſimi hirurgi de hoc nouo inuento priſcam methodum ab-ogante impenſe laetarentur, gloriamque eius additis magnis emendationibus augere ſtuderent.

Prima laus extractioni tribuenda haec eſt, quod bique ſemper poſſit adhiberi, depreſſio non item. ic e. gr. humore vitreo ſoluto, aut in cataracta cir-umcirca adhaerente, depreſſio non habet locum: ex-ractio vero vſui eſſe poteſt, ſucceſſu quidem incerto, ed eo tamen, quem proſperum fore non plane im-robabile ſit.

Deinde, inciſione in corneam peracta, ipſa inter-um extractione lentis opus non eſt, cum in depreſ-one cataracta ſine examine deprimatur. Illud fit in ataracta humoris Morgagniani, quae effluit ſimulac apſula aperitur, ita, vt aeger viſum ſtatim recuperet.

Tertio, cataracta ex oculo educta rurſus emergere on poteſt, vnde extractio ſaepe imperfectae depreſ-ioni auxiliatur,

1) ſi cataracta ſemper emergit,

2) aut in anteriorem oculi cameram prolabitur,

3) ſi ſanguis in operando effunditur,

4) in ſynizeſi, vbi pupilla clauſa eſt.

Ex his omnibus patet, extractione citius et ce-tius viſum recipi eiusque ſucceſſum frequentius eſ bonum quam illum, qui depreſſionem ſequitur.

III. *Comparatio.*

Cum itaque neutra methodus ſuis careat laud-bus, neutra plane condemnanda, neutra vniuerſi adhibenda ſit; eos caſus indicabo, in quibus alte utrius methodi vſus praeſtantior eſſe videtur.

Si oculus exiguus et inquietus eſt, conniuet, e conuulſiue mouetur: ſi cornea plana, anterior ocu camera parua admodum et palpebrarum fiſſura paru eſt: ſi pupilla irritabilis admodum ſe contrahit ve immobilis omnino eſt; praeſtat deprimere cataractam

Si cornea eo loco, vbi inciſio facienda eſſet, it vitioſa eſt, vt nullam admittere ſectionem poſſit: ex aliqua cauſſa inflammatio ineuitabilis videtur et ta-men operatio ſuſcipienda eſt; depreſſio adhiberi debet

Ceteris omnibus in caſibus, cataracta ſiue ſit la-ctea, mollis, dura, ſpuria, capſularis denique ſecun-daria, dummodo pupilla, quomodocumque formata ſit mobilis; ad Ill. Richteri [1]) conſilium extractio-nem adhibeas velim.

Obſcuratae corneae, aut cataractae complicata cum amauroſi extractione mederi docet, cl. War-

NE

1) l. c. p. 362.

ʀ [1]): ſed equidem in eiusmodi caſu nullam opera-
nem adhibendam eſſe cenſeo.

Ianin [2]) cataractam tremulam feliciter extraxit.

Cataracta Morgagniana depreſſionem non ad-
ttit.

Ex hiſce omnibus ſequi videtur, depreſſionem
erdum locum habere, vbi extractio quidem revera
licata non eſt, aliqua tamen ſucceſſus ſpe adhiberi
teſt: extractionem vero vbiuis adhiberi poſſe, vel
i etiam, vbi depreſſio plane impoſſibilis eſt. Et,
m vtrique methodo ſuae conſtent laudes, plures
maiores tamen ineſſe extractioni fatebimur.

E plurimis operationibus, a b. Ivzeler per quin-
cim annos peractis, eas modo, quae memoratu
gniſſimae videbantur, in aduerſariis ſuis relatas me-
oriae conſignauit.

Ex illis notaui centum quadraginta tres cataractas
eo *extractas*.

Annotauit b. vir, operationem proſpere ſucceſſiſſe
centum atque ſeptemdecim hominibus viſumque
dditum fuiſſe:

In viginti ſex operationem variis modis male ſuc-
ſſiſſe et quidem in quatuor propria aegrorum culpa.

Viginti octo *depreſſit* cataractas:

Ex his novemdecim bono ſucceſſu.

Novem

1) *Beſchreibung des menſchl. Auges.*
2) *Obſervations ſur l'oeil.*

Novem variis modis male ſucceſſerunt, quarum vna ex propria aegri culpa voto non reſpondit.

Secundum haec, ſi calculum velis ducere, inue nies, eos in quibus depreſſio non ſucceſſit, ad eos qui poſt extractionem viſu orbati ſunt, eadem ſe ratio ne habere, ac *duo ad vnum.*

Quas alii ſcriptores adduxerint rationes, eas hi deſcribere nolo, cum in promtu ſit cuiuis ce Ploucquet [1]) vtiliſſimus liber, in quo fautore vtriusque methodi indicati ſunt.

1) *Initia Biblioth. med. pract. et chir.* Tub. 1794. Tom. I p. 265. et ſequ.